

## Gurk

### GURK 1 (3, N 8)

1196 Oktober 8

*Bischof E(kkehard) von Gurk tauscht mit Wichard von Karlsberg ein Gut bei Albeck, das letzterer von Friedrich von Capriacco (in Friaul) erworben hat, gegen ein Gut bei Heimschuh (bei Leibnitz), welches der Bischof seinerseits vom Gurker Domkapitel gegen ein Gut bei Ading (nw. Gurk) eingetauscht hat.*

Hss.: *Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1213 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 55r-v Nr. 110 (B), unvollständig.*

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1213\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1213_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite). — Jaksch, MDC I (1896), Tafel 2 Abb. 13 (nur Siegel Bischof Ekkehards von Gurk).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 270–271 Nr. 367 (aus A), mit Druckfehler M° C° XC° XVI.

Reg.: (Ankershofen), *Verzeichniß II (AVGT 2, 1850)*, S. 143 Nr. 531. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12, 1854), S. 75–77 Nr. 577. — Zahn, StUB III (1903), S. 10 Nr. 8 (Auszug).

Lit.: Rauch, *Erwerbung* (ZRG GA 38, 1917), S. 278 Anm. 1. — Peschl, Gurk (1965), S. 147. — Obersteiner, *Bischöfe von Gurk* (1969), S. 68. — Sonnleitner, *Bischöfliches Selbstverständnis* (AfD 37, 1991), S. 264 (Anm. 537). — Haider, *Kapelläne* (Car I 206, 2016), S. 126.

Laut Jaksch, MDC I, S. 270, erinnert die Versifizierung der Arenga an jene der Urkunde des Bischofs von 1196 Jänner 16 (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 269–270 Nr. 366). Die Schrift erinnere an die Urkunden der Äbtissin von St. Georgen am Längsee von 1204 August und 23 und des Ministerialen Hartwig Rufus von 1206–1212 (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 296–297 Nr. 405 und S. 301 Nr. 411). Derselben Schreibschule gehöre auch die Schrift der Urkunde Bischof Ulrichs I. von 1228 an (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 400 Nr. 517).

Die Angabe der Indiktion XV setzt den bedaischen Berechnungsmodus voraus.

Zum Gut Heimschuh siehe Zahn, *Ortsnamenbuch* (1893), S. 258, und Jaksch, MDC I, S. 124 Nr. 112.

Die vorliegende Urkunde wird auch in Urkunde Nr. GURK 26 (und nach dieser in Nr. GURK 34) erwähnt.

An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ekkehards. Siehe monasterium sowie die Abbildung bei Jaksch, MDC I, Tafel 2 Abb. 13.

Ediert nach A.

† ‡ In nomine sancte individueque trinitatis, amen †. E(kkehardus) divina miseratione Gurcensis ecclesie humilis minister cunctis Christi fidelibus utriusque vite perpetuam salutem. Tempore labente fugiunt in tempore facta atque nova gente pereunt ut inaniter acta. Hinc ut pellantur oblia noxia iustis, inpingebantur bene causis scripta vetustis. Dignum igitur et utile duximus omni evo notificare, qualiter nobilis quidam Fridericus de Kauriako preedium quod penes Albekke per dotem uxoris sue Chunigunde heredaverat<sup>a)</sup> cum assensu filii sui Friderici eiusdem quoque predii coheredis<sup>b)</sup> Wichardo de Charelsperch viro alte nobilitatis potestative ac publice cum omnibus pertinenciis eius vendiderit. Sed cum idem preedium usui nostro melius adiaceret et hoc territorium circa Albekke maxime ad nos et nostros preter hoc tantillum pertineret, ne werram vel placitum habendi cum predicto viro, ut possibile fuit, locus deberet irrogari, preedium hoc precio quo acceperat, nobis petivimus erogari. Ille vero, nisi preedium Gurcensium canonicorum apud Haimzach quod Guntherus marchio pro remedio anime sue et parentum suorum eidem ecclesie contulerat, sub titulo eiusdem precii restitueremus, preedium quod petivimus, nobis vendi omnino negavit. Fecimus itaque non quod voluimus, sed quod potuimus. Prece siquidem nostra sedula atque obnixa victi fratres nostri dilecti licet invite antiquas possessiones permutantes pacto nobiscum tali concambio, ut de redditibus nostris apud Zeidich circiter VII marcas et<sup>c)</sup> fertonem illis rependeremus<sup>d)</sup>, prefatum preedium<sup>e)</sup> suum nobis donaverunt quod et nos predicto viro cum reliquo precio vice comparati predii tradidimus. Denique, sicut sano consilio fidelium ministerialium et aliorum familiarium ecclesie nostre utrimque condictum fuerat, preedium episcopii apud Zeidich solvens annuatim redditus supradicti numeri cum viis et inviis, cultis et incultis, exitibus et redditibus, pascuis, aquis et cursibus aquarum, alpibus, silvis et nemoribus et omni iure ad nos pertinente nec non toto proventu tam presenti quam futuro super altare sancte Marie Gurk cum consilio canonicorum et connivencia<sup>f)</sup> ministerialium manu potestativa<sup>g)</sup> in stipendia canonicorum deo inibi famulancium delegavimus et sigilli nostri impressione roboravimus. Omnibus proinde successoribus nostris monendo supplicamus, quatenus quod sibi volunt, nobis non abiudicent videlicet hoc rationabile factum nostrum sanum et indivulsum custodian. Quod si quis refragrare<sup>h)</sup> presumpserit, summo iudici et eius genitrici in ultimo examine diiudicandum<sup>i)</sup> committimus. Huius rei testes sunt Poto, Wintherus, Albertus capellani, Wichardus de Charelsperch, Hartwicus de Hardekke, Chuno, Sighardus de Friberch, Werenherus de Himelberch, Amizo, Hainricus de Libeniz, Ekkehardus frater eius, Albertus de Lihtenberch, Guntherus de Straspurch, Hartwicus de Piswico, Pilgrimus dapifer, Hartwicus frater eius, Arnoldus Tobchaz, Gerungus filius eius, Őlricus de Direnstain, Alexander, Amelricus, Sifridus<sup>j)</sup> de Wilaren, Őlricus et Gotfridus filii eius, Perhtoldus<sup>k)</sup> de Motniz, Perhtoldus et Hainricus filii eius, Chrafto, Herbrandus filius eius, Chunradus Uitulus, Chunradus filius eius, Chunradus Barbir, Hainricus Giel fratres<sup>k)</sup> eius, Otto Rufus, Aswinus, Marchwardus et Hainricus filii eius, Őlricus de Albekke, Perhtoldus filius eius, Rudlandus<sup>l)</sup>, Libhardus filius eius, Ortolfus de sancto Egidio, Otto de Straspurch, Guntherus frater Alexandri, Otto Harnas, Walchunus de Dierrenstain, Hartmannus filius eius, Dietricus de Straspurch, Engilbertus frater eius, Chunradus Rüsce, Hainricus de Glolniz<sup>k)</sup>, Richerus, Otto filius eius de Albekke, Wintherus et Őlricus fratres de Motniz, Ortolfus Clolin, Herbordus Fivr, Rudolfus et Hainricus fratres de Strasburch et alii quam plures.

Actum est dominice incarnationis anno M° C° XC° VI, indictione XV<sup>a</sup>, VIII id. octob., Celestino papa apostolice sedi presidente, imperante Hainrico invictissimo Romanorum imperatore, anno ordinationis nostre I°, feliciter amen.

<sup>a)</sup> heredaverat statt hereditaverat A. — <sup>b)</sup> d verbessert aus t A. — <sup>c)</sup> et auf Rasur A. — <sup>d)</sup> m auf Rasur A. — <sup>e)</sup> u verbessert aus a A. — <sup>f)</sup> iv auf Rasur A. — <sup>g)</sup> Das erste t auf Rasur A. — <sup>h)</sup> refragare statt refragare A. — <sup>i)</sup> Das erste d verbessert aus a A. — <sup>j)</sup> Ab hier Zeilenabstand — wohl aus Platzmangel — verringert A. — <sup>k)</sup> A. — <sup>l)</sup> Das erste d verbessert aus t A.

## GURK 2 (2, 23)

1197 Oktober 31, Straßburg

Bischof Ekkehard von Gurk schließt mit Herzog Berthold [IV.] von Meranien in Anwesenheit und mit Zustimmung von dessen Sohn Otto [VII.] einen Vertrag über die Heirat von bischöflichen Ministerialen mit den Ministerialen des Herzogs in Kärnten, (Windisch-)Graz und Krain.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1212 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 56r-v Nr. 111 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1212\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1212_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite).

Edd.: (Hormayr), Seltenheiten vaterländischer Diplomatik (AfGHStK 10, 1819), S. 208 Nr. 23 (aus A). — Schumi, UB Krain I (1883), S. 144–145 Nr. 162 (aus A). — Jaksch, MDC I (1896), S. 271–273 Nr. 369 (aus A).

Reg.: Hormayr, Beyträge zur Preisfrage (TBVG 3, 1813), S. 239. — Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 123. — Hormayr, Direktorium (TBVG NF 8, 1837), S. 519. — (Ankershofen), Verzeichniß II (AVGT 2, 1850), S. 143 Nr. 533, zu Oktober 1. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12, 1854), S. 77–79 Nr. 580. — Felicetti, Steiermark II (BKStGQ 10, 1873), S. 116. — Oefele, Grafen von Andechs (1877), S. 172 Nr. 430. — Zahn, StUB II (1879), S. 52 Nr. 23 (Auszug). — Kos, Gradivo IV (1915), S. 456 Nr. 898 (Auszug).

Lit.: Muchar, Geschichte der Steiermark V (1850), S. 24 Anm. 1. — Levec, Landhandfesten (MIÖG 19, 1898), S. 248–249. — Pirchegger, Lemberg und Rabensberg (ZHVSt 3, 1905), S. 40. — Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 642 (Anm. 3). — Rauch, Erwerbung (ZRG GA 38, 1917), S. 278 Anm. 1. — Pirchegger, Herrschaften Gurks (1956), S. 19 (Anm. 8). — Peschl, Gurk (1965), S. 147. — Koropec, Krškobizeljsko gospodstvo (ČZN NV 7/1, 1971), S. 27. — Koropec, Slovenj Gradec (ČZN NV 14/1, 1978), S. 18. — Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 264 (Anm. 538). — Kos, Burg (2006), S. 353, 393 (Anm. 728), 398. — Bele, Posesti Krške škofije (ČZN NV 52/3, 2016), S. 23. — Höfler, O prvih cerkvah (2016), S. 279. — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 126.

*Laut Jaksch, MDC I, S. 271, „verfasst und geschrieben von dem unter den Zeugen genannten Caplan Albert.“ Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXII, Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 642, und Haider, Kapellane (Car I 206), S. 109, 126.*

*Die Angabe der Indiktion I setzt den bedaischen Berechnungsmodus voraus.*

*An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ekkehards. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

In<sup>a)</sup> nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ekkehardus dei gratia Gurcensis ecclesie episcopus universitati fidelium salutem in perpetuum. Quoniam exemplo patrum nostrorum precedentium informati commoditatibus ecclesie nobis commisse invigilare tenemur, omni qua possumus assertionis affectione, que profectui Gurcensis ecclesie accedere cognoscimus, pro mediocritate nostra dignum duximus promovere. Eapropter memorie Christi fidelium presentium et futurorum committere sattagimus, qualiter cum domino Perhtoldo duce de Meran filio eius Ottone presente et assentiente convenimus, quod ministeriales ecclesie nostre cum ministerialibus prefati ducis, quos habet in Karinthia et Windissgraze ac per totam Karniolam, contrahant presentibus quoque premissis ministerialibus et consentientibus tali prefixa lege, quod pueri pares equa dividantur portione, si vero fuerint impares, primogenitum possideat dominus patris, reliqui premissae conventioni subiaceant. Verum si parentibus decedentibus puer solus superstes fuerit sive filius sive filia, tamen patri tam iure feudali quam iure patrimonii<sup>b)</sup> succedat et, si liberos per processum temporis genuerit, memorati domini equa lane, sicut supradictum est, illis fruantur. Ut autem quicquid pie devotinis<sup>c)</sup> intuitu fecerimus, a nostris successoribus inconvulsum perpetuo conservetur, iam dictum contractum assensu chori et ministerialium ecclesie nostre approbantes presentem paginam sigilli nostri impressione testibus subscriptis<sup>d)</sup> munivimus. Huius rei testes sunt dominus Conradus ecclesie iam dicte prepositus, Vlricus decanus, Poppo liber, Poppo de Glanek, Hainricus de Lubding, Arnoldus et frater eius Wlscalcus, Dietricus Bawarus, Gumpertus plebanus, Dietmarus custos, Leo celerarius, Hainricus camerarius, Otto de sancto Egidio, Vlricus, Dietricus, Purchardus de Strazburh, Conradus de Motniz, Rudpertus de Glodniz, Gebhardus de Piswih, Engelbertus Ignis Gurcensis ecclesie canonici, Poto, Wintherus, Albertus cappellani, Guntherus, Hartwicus, Peregrinus, frater eius Hartwicus, Alexander, Dietricus, Otto purcravii de Strazburh, Vlricus vicedominus, Walchunus et frater eius Arnoldus marscalcus, Amelricus camerarius, Herbrandus pincerna, Conradus Rüsce, Ortolphus Chlöle, Sifridus, filius eius Vlricus, Crhafto et frater eius Perhtoldus, Hainricus, Wintherus, frater eius Vlricus de Motniz, Conradus Chalp, Vlricus, filius eius Perhtoldus<sup>e)</sup>, Conradus, Albertus<sup>f)</sup> purcravii Albek, Richerus, Marchvardus de Siröniz, Hainricus Giel, Conradus frater eius<sup>g)</sup>, Hainricus de Virlosniz, Hartliebus, frater eius Engelbertus de Witensuelt<sup>h)</sup>, Guntherus frater Alexandri<sup>i)</sup> dapiferi, Hainricus de Wilaren, Hiltegrimus, Otto, frater eius Conradus, Perhtoldus, frater eius Gebno de Zelsah, Otto de Truhsin, Engelbertus de Truhsin, Perhtoldus et filius eius Engelscalcus de Rabensperh, Wlscalcus de Rabensperh, Sigmarus de Saldenberh, Ortolphus de Langenek, Hainricus de Magendorf, Hermannus de Plumensteine, Gotboldus, Meinhalmus, Waltfridus de Pilstein, Otto de Trachenberh, Reinherus, Mæntwinus, Hainricus, Hartwicus, Albertus, Vlricus de Wolchenburh, Otto et filius Wlvingus de Sowenstein et alii quam plures.

Acta sunt hec anno incarnationis domini M° C° XC° VII°, indictione I, pontificatus anno secundo. Dat. Strazburh, II kal. nov., feliciter amen.

<sup>a)</sup> Davor Freiraum (möglicherweise für ein vorgesehenes Invokationskreuz, das nicht mehr eingetragen wurde) A. – <sup>b)</sup> t verbessert aus r A. – <sup>c)</sup> devotinis statt devotionis A. – <sup>d)</sup> A. – <sup>e)</sup> Kein Trennzeichen nach Vlricus und nach filius eius A; Zuordnung nach Jaksch. – <sup>f)</sup> Begonnen Abb A. – <sup>g)</sup> Kein Trennzeichen nach Conradus und nach frater eius A; Zuordnung nach Jaksch. – <sup>h)</sup> Kein Trennzeichen nach Hartliebus und nach frater eius A; Zuordnung nach Jaksch. – <sup>i)</sup> Zweites a verbessert aus e A.

## GURK 3

1198 September 25, Straßburg

Bischof Ekkehard von Gurk entscheidet einen Streit zwischen dem Kapitel von Gurk und Ortolf, Sohn des Egilolf [von Zweinitz], über das Gut Timnich, das Bischof Roman II. einst dem Kapitel im Tausch gegen ein Wulfing von Kapfenberg verlehntes Gut apud Fossas (in Marchia) überlassen hatte. Für seinen Verzicht wird Ortolf vom Bischof mit einer Hube in Metnitz belehnt.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1211 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1211\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1211_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 273 Nr. 370 (aus A).

Reg.: (Ankershofen), Verzeichniß II (AVGT 2, 1850), S. 144 Nr. 536.

Lit.: Seidenschnur, Salzburger Eigenbistümer (ZRG KA 9, 1919), S. 248 Anm. 1. — Peschl, Gurk (1965), S. 147. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 68. — Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 46, 75.

Laut Jaksch, MDC I, S. 273, „verfasst und geschrieben von Arnold.“ Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXI, und Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234.

Die Identifizierung von Ortolf und Egilolf folgt Jaksch, MDC I, S. 273.

Der erwähnte Tausch unter Bischof Roman II. erfolgte am 11. August 1177 (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 227–228 Nr. 301).

Die Angabe der Indiktion II setzt den bedaischen Berechnungsmodus voraus.

An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ekkehards. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

‡ In nomine sancte et individue trinitatis, amen ‡. Ekkehardus dei gratia Gurcensis ecclesie episcopus. Omni evo notum fore cupimus, quod, cum dominus pro ordinanda tranquillitate Gurensi ecclesie nos voluit preficere, litem invenimus inter Ortolfum filium Egilolfi de sancto Egidio et fratres nostros Gurcensis ecclesie canonicos super predio apud Timnich, quod dudum ante felix predecessor noster iunior Romanus eiusdem ecclesie fratribus in concambio predii cuiusdam in Marchia, quo Wlfingum de Chapfinberg infeudaret, apud Fossas nuncupati, contulerat. Hanc itaque litem sedare nobis est adiudicatum. Cuius rei gratia predictum

Ortolfum, ut eidem liti super prefato predio apud Timnich, sicut fecit, penitus abdicaret, manso uno de dominicatura nostra apud Motniz talentum persolvente cum consilio et assensu mediatorum nostrorum meliorum scilicet ecclesię ministerialium infeudavimus rogatuque ipsius Ortolfi presentem paginam cum subscriptis<sup>a)</sup> testibus sigillo nostro fecimus communiri. Testes sunt hii: Hartliebus, Fridericus de Grivin, Dietricus, Perhinhardus de Motniz, Wlricus filius vicedomini, Poncius clericu, Guntherus et Wlricus fratres, Hartwicus de Piswich, Pilgrimus et Hartwicus fratres, Alexander et Guntherus fratres S(tr)azburgenses<sup>b)</sup>, Sifridus et Gotfridus filius eius, Crafto et filius eius Herbrandus, Pertholdus frater eius, Wintherus et Vlricus fratres Motnizenses, Rvlandus, Chvnradus et<sup>c)</sup> filius eius Chvnradus Chalb, Marquardus Albekkenses, Manegoldus, Hartman filius Walchuni de Chrazniz, Hainricus Bawarus, Hainricus filius Oberti, Otto Harnaisch, Pertholdus officialis de Albekk, Pertholdus officialis de Strazburg, Otto Cholman officialis de Motniz et alii quam plures.

Data anno dominice incarnationis M° C° LXXXX° VIII, indictione<sup>d)</sup> secunda, VII° kal. oct., anno autem pontificatus nostri III°, apud Strazburg, feliciter amen.

<sup>a)</sup> c korrigiert über radiertem p A. – <sup>b)</sup> Szburg(e)n(s)es mit a über z A. – <sup>c)</sup> et nachgetragen A. – <sup>d)</sup> VIII, indictione durch Siegelanbringung verdeckt, schlecht lesbar auf Pergamentstreifen wiederholt A.

## GURK 4 (3, N 9)

1199 Juni 27, Straßburg

Bischof Ekkehard von Gurk vergleicht sich mit Sigmar von Sallenburg (ö. Süßenheim), der die Übergabe seiner Frau Benedicta an Liupold von Hohenegg (n. Cilli) als niemals erfolgt behauptete, sodass sich seine Frau ihre Herrschaft selbst wählen könne.

Hss.: 1. Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1210.1 (A1). — 2. Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1210.2 (A2). — Zwei Abschriften Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 56v–57r Nr. 112, fol. 57r Nr. 113 (B1 und B2).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1210.1\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1210.1_St/charter) (A1, samt Siegel auf Rückseite). — [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1210.2\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1210.2_St/charter) (A2, samt Siegel auf Rückseite).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 274–275 Nr. 373 (aus A1 A2). — Zahn, StUB III (1903), S. 10–12 Nr. 9 (nach Jaksch).

Reg.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 123. — (Ankershofen), Verzeichniß II (AVGT 2, 1850), S. 144 Nr. 540. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12, 1854), S. 82–83 Nr. 587. — Kos, Gradivo IV (1915), S. 460–461 Nr. 907 (Auszug).

Lit.: Pirchegger, Herrschaften Gurks (1956), S. 21. — Peschl, Gurk (1965), S. 147. — Koropec, Žusem (ČZN NV 20/1, 1984), S. 2. — Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 264 (Anm. 538). — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 74, 76–77. — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 126.

Laut Jaksch, MDC I, S. 274, sind „beide bis auf kleine Abweichungen gleichlautenden Urkunden“ vom „Gurker Notar Albert verfasst und geschrieben“. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXII, und Haider, Kapelläne (Car I 206), S. 109, 126.

*An beiden Originalen: An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ekkehards. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A1 und A2.*

† In nomine domini, amen. Ekkehardus dei gracia Gurcensis ecclesie episcopus universitati fidelium salutem in perpetuum. Cum felicibus felicia preteriere tempora. Simplices enim et deo digni predecessores nostri verbis credentes hominum debiliori consilio, quam tempus nostrum exigat, facta sua peregerunt. Proinde, si quid ex illorum pia simplicitate neglectum est, oportet, ut per providentiam successorum restauretur. Noverit ergo universitas<sup>a)</sup> fidelium tam presentium quam futurorum, quod dominus Sigmarus de Saldenberhc<sup>b)</sup> uxorem suam dominam Benedictam delegatam fuisse in manum cuiusdam nobilis viri nomine Livpoldi de Hohenek et hanc delegationem nulli unquam collatam fuisse constanter affirmabat ac per hoc, ad cuiuscumque dominium transire vellet, eidem Ben(e)d(icte) liceret. Verum dum super hoc cum dicto Sigmaro graviter contenderemus, talis inter nos et ipsum per mediatores facta est compositio, scilicet ut memoratus Sigm(arus) quicquid feudali et proprietatis iure hoc die a Gurensi ecclesia iuste teneret, quiete postmodum possideret iureque hereditario cederet liberis utriusque sexus, quos ei supradicta Ben(e)d(icta) generaret, addentes, quod nulli successorum nostrorum feodum puerorum illorum liceat usufructuare quod vulgo anvel dicitur, quamvis, si forte contigerit, parentibus decedentibus ad annos discretionis non pervenerint et licet in tenera etate constituti beneficium non postulaverint, tamen sine omni contradictione pervenientes ad annos discretionis feodum suum a successoribus nostris ipsis porrigitur. Ceterum et si quis filiorum pretaxati Sig(mari) per processum temporis per contractum matrimonii ab ecclesia se alienaverit, cui divina gracia presidemus, nisi licencia nostri aut successorum nostrorum ita, quod liberos ad ecclesiam redire fecerit, tam omni iure feudali quam proprietatis, quod ex traditione Gurcensis ecclesie possidet, privetur et qui in dominio Gurensi permanent, liberis donetur. Preterea quoniam quidem Marchia<sup>c)</sup> cultis in colendis<sup>d)</sup> amplis gaudet terminis et quisque secundum vires diviciarum suarum tum iuste tum minus bene possessiones suas dilatat, decrevimus, ut iam dictus Sig(marus) laudaret, quod, si quis eum de iure feudali aut terminorum invasione inpeteret, ut debitam illi exhiberet iusticiam et super iniuria sibi collata satisfactionem exposceret et quemcumque idem Sig(marus) in causa evinceret, bona que obtineret supradicto gauderent privilegio. Sane quoniam similia preteritis successoribus nostris possent evenire, si minus caute ipsis provideremus, eapropter consilio domini prepositi et chori Gurcensis nec non fidelium et ministerialium ecclesie nostre presens factum sigilli nostri impressione testibus adjunctis munivimus petentes, quatenus<sup>e)</sup> successores nostri comoditatem ecclesie nostrumque laborem attendentes peractum negocium inconvulsum conservent. Huius rei test<sup>f)</sup> sunt dominus Conradus sepediti monasterii prepositus, Vlricus decanus, Hainricus celerarius<sup>g)</sup>, Sivridus<sup>h)</sup> camerarius, Poppo, Dietricus, Gvmpertus, Gerwicus presbiteri, Otto, Vlricus, Conradus, Meingotus, Sivridus domicelli, Hartliebus cappellanus, Albertus notarius, Hainricu<sup>i)</sup> et nepotes eius Ekkehardus et Wito de Libniz, Albertus et Hainricus de Liechtenberh, Albertus Svalwe, Siuridus de Griuen, Walchunus<sup>j)</sup> de Vriberh, Willehelmus de Trevlih<sup>k)</sup>, Otto de Possowe, Guntherus, Hartwicus, Peregrinus et frater eius Hartwicus, Alexander dapifer et frater eius Gvntherus, Dietricus, Otto purcravii in Strazburh<sup>l)</sup>, Siuridus pincerna, Arnold(us)<sup>m)</sup> marscascus, Vlricus camerarius, Reinherus et Ortolfus et Lvtoldus de sancto Egidio,

Perhtoldus et frater eius Crhafto et Hainricus de Mötniz<sup>n)</sup>, Conradus Chalp, Conradus Pabier<sup>o)</sup>, Marchvardus, Perhtoldus, Albertus<sup>p)</sup> frater eius Perengerus purcravii in Albek, Richerus et filius eius Otto de Sirovniz, Conradus Rvsk, Ortolfus Chloli, Otto Harnask<sup>q)</sup>, Gebno de Celsah<sup>r)</sup>, Fridericus de Vuht<sup>s)</sup>, Hartmannus de Tierensten<sup>t)</sup>, Hermannus de Isendorf, Hainricus et Gotfridus<sup>u)</sup> de Wilaren, Popo de Pilstein et alii quam plures.

Acta sunt hec anno incarnationis domini M<sup>o</sup> <sup>v)</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>, indictione II<sup>a</sup>, V<sup>to</sup> kal. iulii, pontificatus nostri IIII<sup>to</sup> anno<sup>w)</sup>. Datum Strazburhc<sup>x)</sup>, feliciter amen<sup>y)</sup>.

<sup>a)</sup> Christi fehlt A1; Christi A2. – <sup>b)</sup> Saldenberh A2. – <sup>c)</sup> in fehlt A1; in A2. – <sup>d)</sup> et colendis A2. – <sup>e)</sup> quatinus A2. – <sup>f)</sup> – test ohne Kürzungszeichen A1: testes A2. – <sup>g)</sup> celer auf Rasur A2. – <sup>h)</sup> Siuridus A2. – <sup>i)</sup> Haînricus A2. – <sup>j)</sup> Walchvnuß A2. – <sup>k)</sup> Treulihc A2. – <sup>l)</sup> Strazburhc A2. – <sup>m)</sup> Arnoldvs A2. – <sup>n)</sup> n verbessert aus unbekanntem Buchstabenbestand A1. – <sup>o)</sup> Parbier A2. – <sup>p)</sup> et fehlt A1; et A2. – <sup>q)</sup> Harnas A2. – <sup>r)</sup> Celsahc A2. – <sup>s)</sup> Vuhte A2. – <sup>t)</sup> Tierenstein A2. – <sup>u)</sup> Goturidus A2. – <sup>v)</sup> M<sup>mo</sup> A2. – <sup>w)</sup> Wortfolge anno IIII<sup>to</sup> A2. – <sup>x)</sup> Strazburh A2. – <sup>y)</sup> amen zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A1 A2.

## GURK 5 (2, 31)

1200 April 13, Gurk

Bischof Ekkehard von Gurk richtet in der aufgelassenen Kartause Gairach ein reguliertes Chorherrenstift ein und weist dieses der Propstei und dem Kapitel von Gurk zu, mit der Bedingung, dass jeder neu eingesetzte Propst ihm und seinen Nachfolgern zu präsentieren ist. Der Bischof dotiert das Stift mit den Zehnten von allen Einkünften seiner Burg Peilenstein (sö. Cilli).

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1207 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 58v–59r Nr. 115 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1207\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1207_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 61–62 Nr. 31 (aus A). — Jaksch, MDC I (1896), S. 278–279 Nr. 377 (aus A).

Reg.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 123. — (Ankershofen), Verzeichniß II (AVGT 2, 1850), S. 144 Nr. 544, zu April 14. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12, 1854), S. 85–86 Nr. 592. — Kos, Gradivo IV (1915), S. 465–466 Nr. 917. — Puschnig, Geschichte Geirach (Joanneum 1, 1940), S. 135 Nr. 8.

Lit.: Muchar, Geschichte der Steiermark V (1850), S. 33. — Krones, Verfassung (1897), S. 152 Anm. 6. — Stegenšek, O početkih (ČZN 8, 1911), S. 6. — Kovačič, Zgodovina Lavantske škofije (1928), S. 126. — Puschnig, Geschichte Geirach (Joanneum 1, 1940), S. 122. — Peschl, Gurk (1965), S. 148. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 68. — Frass, Kartausen (ZHVSt 64, 1973), S. 57. — Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234. — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 126.

Laut Jaksch, MDC I, S. 278, „verfasst und geschrieben von Arnold“. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXI, und Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234.

*Bei der erwähnten Urkunde (literis capituli sui nobis directis) handelt es sich um die Urkunde des Generalkapitels des Kartäuserordens an Bischof Ekkehard von Gurk von 1199 (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 277–278 Nr. 376; Zahn, StUB III [1903], S. 13 Nr. 10).*

*An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ekkehards. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis, amen ‡. Ekkehardus dei gratia Gurcensis ecclesie episcopus cunctis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Multum enim valet deprecatione iusti assidua<sup>1)</sup>. Quod cum felicis memorię predecessores nostri attendissent et ad salubrem exhortationem predictorum verborum fratres Cartusiensis ordinis orationis gratia in valle Gyriov instituissent, idem fratres per processum temporis proprietatibus contra votum suum inherentes ordinem suum maculaverunt. Ceterum postquam prior summus ipsorum ordinis hoc comperit, infelicitati eorum condoluit et per viros sue professionis religiosos rei veritate cognita fratribus et loco literis capituli sui nobis directis renunciavit. Maluit enim ipsorum fraternitate destitui, quam peccantes sub nomine fraterno regulam patenter mentiri. Verum ne locus divino servicio dicatus ad secularem de cetero transiret ordinationem, contulimus eum prepositure Gurcensis ecclesie tali tenore, ut canonici dicti monasterii cum suo preposito possideant omnem amministrationem ordinationis sic tamen, ut cum prepositum in prefato loco instituere voluerint, ipsum nobis et successoribus nostris presentent, a quibus dignitatis officium suscipiat. Subiungimus quoque, quod si quis Gyriouensis prepositus post institutionem ecclesiam sibi commissam dilapidaverit et semel aut secundo tertiove commonitus resipiscere neglexerit, a preposito et canonicis ecclesie nostre destituatur et alias ordine prescripto illi substituatur. Preterea quoniam novella plantatio adiutorio plurimum indiget, decimas de singulis redditibus dominicature nostrae servientibus castro Pilstein canonicis in valle prenotata deo famulantibus in evum dari ordinamus, quam ordinationem divine remunerationis intuitu successoribus nostris perpetuo servandam committimus, presentem paginam sigilli nostri impressione ac testium annotatione roborantes. Testium autem nomina sunt hec: Hartliebus, Albertus, Poncius capellani, Hartwicus de Pisiwico, Reinherus et Engelscalcus fratres, Piligrimus et Hartwicus fratres, Rvdolfus puer, Otto de Strazburg, Meinhardus Mandvan, Dietricus Grescic, Marquardus Rufus, Meinhalmus, Otto de Pilstain, Herbordus ministeriales et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC°, indictione III<sup>a</sup>, idibus aprilis, pontificatus nostri anno V°, apud Gurk, feliciter amen<sup>a)</sup>.

<sup>a)</sup> amen überwiegend in Majuskeln A.

<sup>1)</sup> Jakobus 5.16.

## GURK 6 (3, N 11)

1200 Oktober 1

*Propst Konrad von Gurk beurkundet, dass Otto von Drachenburg Irmgard, die jüngste Tochter seines Hörigen Haituolg und dessen Frau freien Standes, auf Bitte ihres todkranken*

*Vaters zur Freiheit in die Hand des Otto Harnais gegeben hat. Dieser gibt sie als Zinspflichtige an das Stift Gurk.*

*Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1204 (A).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1204\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1204_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite). — Jaksch, MDC I (1896), Tafel 2 Abb. 18 (nur Siegel des Kapitels).*

*Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 281–282 Nr. 383 (aus A). — Zahn, StUB III (1903), S. 14–15 Nr. 11 (nach Jaksch).*

*Reg.: (Ankershofen), Verzeichnijß II (AVGT 2, 1850), S. 145 Nr. 547. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12, 1854), S. 87–88 Nr. 595. — Kos, Gradivo IV (1915), S. 466–467 Nr. 919.*

*Lit.: Pirchegger, Herrschaften Gurks (1956), S. 19 (Anm. 8). — Peschl, Gurk (1965), S. 159. — Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234. — Kos, Burg (2006), S. 354 Anm. 396.*

*Das Stück wurde aufgenommen, da die Drachenburg (sö. Cilli), nach welcher Otto sich nennt, in der Steiermark gelegen ist, siehe Zahn, StUB II, Register S. 637; vgl. Zahn, Ortsnamenbuch (1893), S. 142.*

*Laut Jaksch, MDC I, S. 281, „verfasst und geschrieben von Arnold“. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXI, und Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234.*

*Die Angabe der Indiktion IIII setzt den bedaischen Berechnungsmodus voraus.*

*An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel des Kapitels (Jaksch: Capitelsiegel 1). Siehe monasterium sowie die Abbildung bei Jaksch, MDC I, Tafel 2 Abb. 18.*

*Ediert nach A.*

†‡ In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen †. Chunradus dei gracia Gurcensis ecclesie prepositus omni Christi fidelium evo salutem perpetuam. Notum vobis esse volumus cunctis Christi fidelibus, qualiter Haituolg famulus domini Ottonis de Drakkinberg, qui ex libera coniugata filios et filias generat, dum diurna imbecillitate affectus ultima fata expectaret, pro ordinando testamento suo dominum predictum cum filiis suis invitans petiit ab ipsis, ut secundum consuetudinem et ius famulorum liberas uxores ducentum unum de prole sua quemcumque vellet libertati manumitterent, denominans Irmgardim filiam natu minimam. Iustitiam itaque predictam illi, ut debuerunt, Haituolgo recognoscentes tali ordine fecerunt, quod ille petivit. Prefatam filiam eius iuniorem aliis in manu Ottonis Harnais libertati delegaverunt, ut ipse potestatem haberet delegandi eam, quocumque rogaret pater ipsius aut mater. Rogatu igitur eorum idem Otto Harnais ipsam Irmgardim cum posteritate sua super altare sancte Marie Gurk ad censem trium denariorum in signum libertatis annuatim persolvendorum manu potestativa delegavit, ut si ipsa vel aliquis posterorum eius eundem censem primo vel secundo terciove anno neglectum quarto non suppleverit, deinceps deo inibi militantibus serviliter famuletur. Ad petitionem quoque eorum et ipsius puelle iam dictum Ottonem advocatum ei destinavimus et in huius rei testimonium presentem paginam cum subscriptis testibus annotatam sigillo Gurcensis ecclesie fecimus communiri. Huius rei testes sunt hii: Chunradus Uitulus iunior, Ortolfus Clolin, Hartwicus Clades, Meinhardus et

Arnoldus cementarii, Kazilinus, Sifridus gastmaistir, Dietricus et filius eius Dietricus pellifices, Sigihardus servus prepositi, Arnoldus et Vlricus carnifices, Pilgrimus cementarius, Engilbertus et Chunradus de Mitteldorf et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC°, indictione III<sup>a</sup> <sup>a)</sup>, kal. octob., feliciter amen<sup>b)</sup>.

<sup>a)</sup> Endungs-a nach Jaksch, möglicherweise unter Pergamentstreifen. – <sup>b)</sup> amen überwiegend in Majuskeln A.

## GURK 7

[vor 1202 Februar 6]

Papst Innozenz III. beauftragt Propst Gerold von Seckau und Archidiakon Meinhalm von Friesach, den Streit zwischen dem Priester Walter von Micheldorf und dem Propst und dem Kapitel von Gurk um die Oblai der Kapelle Lorenzenberg (sö. Friesach) zu untersuchen und zu entscheiden.

Hss.: Erwähnt (bzw. stillschweigend vorausgesetzt) in Urkunde Nr. GURK 8.

Edd.: Die Erwähnung als solche ist ungedruckt.

Lit.: Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 50. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 407, 412.

Zum Streit zwischen Walter von Micheldorf und Gurk um die Oblai der Kapelle Lorenzenberg siehe auch die Urkunden Nr. GURK 8 und GURK 16.

## GURK 8

1202 Februar 6, Friesach

Propst Gerold von Seckau und Archidiakon Meinhalm [von Friesach] beurkunden als päpstlich delegierte Schiedsrichter, dass der Priester Walter von Micheldorf (sö. Friesach) im Streit mit dem Propst und dem Kapitel von Gurk um die Oblai der Kapelle Lorenzenberg (sö. Friesach) freiwillig vom Prozess zurückgetreten ist.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1203 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1203\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1203_St/charter) (samt Hängesiegel).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 284–285 Nr. 389 (aus A).

Reg.: Kos, Gradivo V (1928), S. 12 Nr. 16.

Lit.: Mell, Steirische Privaturkunde (1911), S. 88. — Pirchegger, Herren von Pettau (ZHVSt 42, 1951), S. 32 Anm. 32. — Peschl, Gurk (1965), S. 160. — Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 128 (Anm. 41), 129 Anm. 52, Anm. 54. — Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 67. — Vidmar, Herren von Pettau (2006), S. 47 (Anm. 168). — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 50. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 407, 412.

*Laut Jaksch, MDC I, S. 284, „geschrieben von Arnold“. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXI, und Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234.*

*Zum Streit zwischen Walter von Micheldorf und Gurk um die Oblai der Kapelle Lorenzenberg siehe auch die Urkunden Nr. GURK 7 und GURK 16.*

*1. Hängesiegel Propst Gerolds an Pergamentstreifen. 2. Hängesiegel, Legende GERLOHVS, an Pergamentstreifen. Siehe monasterium und Siegelbeschreibung bei Jaksch, MDC I, S. 285.*

*Ediert nach A.*

† ‡ In nomine domini, amen ‡. Ego Geroldus Seccowensis ecclesie prepositus, ego Meinhalmus archidiaconus delegati iudices<sup>1)</sup> a domino papa Innocencio tercio super causa, que vertitur inter Gurcensem ecclesiam et Uvaltherum presbiterum de Micheldorf super oblationibus capelle sancti Laurencii. Cognoscentibus nobis de causa ad querimoniam Waltheri presbiteri Gurcensis prepositus vice capituli hanc pretendit exceptionem, quod res esset iudicata et insuper, quod predictus Uvaltherus bona voluntate liti cessisset fide data vice iuramenti nunquam in hanc causa litem se promittens resuscitaturum. Cumque testibus ydoneis super hoc inductis in instanti probacionem offerret, sepe dictus presbiter liti publice abrenunciavit et, ut omne litigium sedaretur, de consensu utriusque partis hec facta est iuris explicatio ita, ut secundum consuetudinem canendarum matutinarum a prima pulsatione earum ex omnibus, que in candelis thure et cera fidelium oblatione in prefata capella in die sancti Laurencii ad ipsius altare devenirent, duas portiones Gurcensis ecclesia perciperet, tercia altari relicta, et hoc sine dolo et fraude utraque partium se servaturam esse promisit. Nos itaque apostolica auctoritate Gurcensem ecclesiam ab impetitione Uvaltheri absolventes ius illud, sicut prenominatum est, Gurensi ecclesie confirmantes inviolabiliter observari precipimus. Huius rei testes sunt hii: Hainricus prepositus de Solio et Frisacensis plebanus, magister Rvbertus scolasticus Ratisponensis et fratres eius Dietmarus, Fridericus et Herbordus, magister Meinhalmus, magister Gebhardus, Meinhalmus de Chriwic, Iohannes de Cotimarsdorf, Livtholdus de Glomscach, Hainricus Dauus de Capella, Rudigerus de Clammi, Petrus de sancto Stephano, Hainricus de Vlaezi plebani, Engilbertus filius Walchuni Diuitis, Rubertus, Martinus, Hainricus, Sigmarus, Hainricus, Sixtus sacerdotes Frisacenses, Ebirhardus, Gotiboldus diaconi, Ekkihardus subdiaconus, Pernhardus acolitus, Marquardus civis Frisacens(is) et alii quam plures<sup>a)</sup>.

Actum Frisaci in choro sancti Bartholomei, anno dominice incarnationis M° CC° II°, VIII<sup>a</sup> id. febr., inductione vero V<sup>a</sup>.

<sup>a)</sup> quam plures zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A.

<sup>1)</sup> Zu diesem Deperditum siehe Nr. GURK 7.

## GURK 9

1202 Juli 10, Holtzprucke am Fluss Schwarza  
Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier bestätigt auf Vorstellungen des Erzbischofs Eberhard [II.] von Salzburg, des Bischofs Konrad von Brixen und des Bischofs Walther von

*Gurk hin dem Kapitel von Gurk die Schenkungen seitens seines Ministerialen Offo von Teufenbach und dessen Frau Berta, nämlich den Markt Weitensfeld, den Berg Breinitz (nw. Weitensfeld) samt zwei Huben darunter und genannte Hörige. Diese Güter sowie solche in Glödnitz (w. Gurk) hatte sich Offo in seinem vor dem Herzog zugunsten seines cognatus Hartwig gemachten Testaments zwecks Widmungen für sein und seiner Frau Seelenheil vorbehalten. Die künftigen Herzöge der Steiermark sollen die Schenkung schützen.*

*Hss: Insert in Urkunde 1356 September 30, St. Veit, Herzog Albrecht II. von Österreich, Abschrift 14. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 86r-v Nr. 152 (B). — Dt. Übersetzung von B in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 87r-v Nr. 153 (C).*

*Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 285–286 Nr. 390 (aus B), mit Jaksch, MDC II (1898), S. 5 Nr. 390, und Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 10 Nr. 1533. — Fichtenau/Zöllner, BUB I (1950), S. 165–166 Nr. 127 (aus B). — Zehetmayer/Lessacher/Marian, NÖUB IV (2023), S. 521–522 Nr. 17<sup>21</sup> (nach Fichtenau/Zöllner und Jaksch).*

*Reg.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 123. — Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 88 Nr. 32, mit S. 249 Anm. 328, zu Juli 9. — (Ankershofen), Lichtensteiner (AVGT 2, 1850), S. 50–51. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 120 Nr. 621. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 175 Nr. 28, mit S. 512 Anm. 16. — Mell, Reg. Teufenbach I (BESGQ 34/NF 2 = Veröff. HLK 20, 1905), S. 11–12 Nr. 26. — Kos, Gradivo V (1928), S. 17 Nr. 24.*

*Lit.: Bischoff/Schönbach, Taidinge (1881), S. 502 Anm. \*. — Lampel, Gemärke II (BlVlNÖ NF 21, 1887), S. 286. — Jaksch, Steierberg (Car I 85, 1895), S. 13–14. — Handel-Mazzetti, Waltenstein und Eppenberg (JbMusFrCar 67, 1909), S. 60, zu Juli 9. — Popelka, Unters. Stadt Graz (ZHVSt 17, 1919), S. 281, 289. — Jaksch, Geschichte Kärntens 1 (1928), S. 332. — Pirchegger, Landesfürst und Adel 1 (1951), S. 95. — Peschl, Gurk (1965), S. 160. — Zauner, Anfänge von Wilhering (MOÖLA 13, 1981), S. 146. — Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens 1 (1984), S. 290. — Zauner, Siedlungs- und Herrschaftsgeschichte (1987), S. 464. — Zehetmayer, Urkundenwesen (MNÖLA 20, 2022), S. 370–371.*

*Ein Offo von Teufenbach ist anderweitig (1173) ausdrücklich als steirischer Ministeriale bezeichnet (siehe Jaksch, MDC II Register, S. 229; vgl. auch Pirchegger, Landesfürst und Adel 1, S. 94). Laut Urkunde sollen künftige Herzöge der Steiermark die hier beurkundete Schenkung beschützen.*

*Zum Schreiber/Verfasser siehe Zehetmayer, Urkundenwesen (MNÖLA 20), S. 370–371.*

*Zum angesprochenen Testament Offos von Teufenbach siehe Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 26 Nr. 978. Zwei Huben zu Glödnitz gingen an das Spital am Semmering (Edd. in Zahn, StUB II, S. 210 Nr. 139; Jaksch, MDC I, S. 351–352 Nr. 460), das übrige Eigengut des Teufenbachers in Glödnitz fiel an Herzog Leopold, der Ulrich von Peggau damit belehnte, welcher es wiederum dem Gurker Domkapitel schenkte (= Urkunde Nr. GURK 22).*

*Die vorliegende Urkunde wird auch in Urkunde Nr. GURK 18 (und nach dieser in Nr. GURK 32) erwähnt.*

*Den Ausstellungsort Holtczprucke identifiziert Meiller, Reg. Babenberger, S. 249 Anm. 328, und Reg. Salzburg, S. 512 Anm. 16, als „Schwarzau am gleichnamigen Flusse“ im heutigen Niederösterreich.*

*Zur Überlieferung: Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 165, nennen bei der Überlieferung als „B1“ das „Insert in der Bestätigung Herzog Albrechts II., St. Veit 1356 September 30, Klagenfurt, Kärntner Landesarchiv“. Die Urkunde Albrechts II. ist dort jedoch nicht im Original, sondern lediglich in einer Abschrift des 19. Jahrhunderts (= KLA, AUR, B-C 517) vorhanden, so laut schriftlicher Auskunft aus dem Kärntner Landesarchiv vom 4. November 2020. Jaksch, MDC I, S. 285, nennt lediglich die Abschrift im Gurker Kopialbuch II, Jaksch, MDC II, S. 390, führt zusätzlich an: „in Orig. in Gürk (B)“. Das Original der Urkunde Albrechts II. liegt jedoch auch nicht im Archiv der Diözese Gurk, so laut schriftlicher Mitteilung von Dr. Peter Tropper vom 3. November 2020.*

*Ediert nach B.*

In nomine sancte et individue trinitatis.<sup>a)</sup> Lewpoldus dei gratia dux Austrie et Stirie universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Quoniam divina benivolencia suis nos beneficiis voluit peditare, merito de nobis concessis ei cum graciaram accione debemus rependere, qui eciā centuplum promisit recompensare. In dei igitur et sue sanctissime genetricis laudem et gloriam intercedentibus domino Eberhardo Salczpurgensi archiepiscopo et dilectis amicis Chonrando Brixinensis ecclesie et Walthero Gurcensis ecclesie episcopis tam eciā pro salutari memoria nostri et parentum nostrorum Gurensi ecclesie in stipendum canonicorum deo inibi militancium debito iure confirmamus quidque Offo de Twffelpach ministerialis noster et uxor eius Bertha de prediis suis vel redditibus vel mancipiis eidem ecclesie pro suis et carorum suorum animabus donaverunt: forum<sup>b)</sup> scilicet Weytensuelt, montem Prēgniz cum nemore, duos mansos desubitus adiacentes, Ewfemiam cum suis liberis et predio, Mazelinum cum suis liberis et predio, singula inquam cum suis attinenciis et usibus inde profuturis. Eadem enim et alia queque predia sua in Glodniz ipse Offo in testamento, quod prius coram nobis cognato suo Hartwico fecerat, ipso presente et predictis abrenunciante pro animabus uxoris sue et propria excepere eroganda. Volumus igitur et statuimus eandem donationem stabilem et inconvulsam permanere et in proteccionem nostram suscipimus omnique futuro duci Stirie eandem donationem protegendarum relinquimus, ut quicumque supradictam ecclesiam super hiis ullo modo gravare temptaverit, pupillam oculi nostri se tetigisse cognoverit, nec nobis nec ulli posteriorum nostrorum liceat ipsam proteccionem a propria manu qualitercumque alienare. In huius vero rei testimonium presentem paginam cum testibus subscriptis annotatam impressione sigilli nostri iubemus communiri. Huius rei testes sunt Eberhardus de Newnkirchen Patauiensis decanus, Sighardus de Pischolfsdorff, Vlricus de Probstorff, Daniel presencium annotator capellani<sup>c)</sup>, Crafft de Amczinspach, Rapoto de Walchenperk, Walchunus de Wassenpergk, Herrandus de Wildonia, Harttnidus de Orthe, Vlricus de Stubenpergk, Wigandus de Clamme, Diethmarus de Lichtenstain, Hermannus de Puten, Lewpoldus de Lewnstain, Hartwicus de Tewffelpach, Hermannus de Cranperkch, Perhtoldus dapifer de Emerpergk, Albon<sup>d)</sup> de Grimenstain, Otacharus et Otto de Gräse, Otto de Cremis, Berhardus et Hainricus de Crumpach, Rapoto et Chunradus de Puten et alii quam plures. Acta sunt hec apud flumen quod dicitur Swartzha, in loco qui dicitur Holtczprucke, anno dominice incarnationis millesimo CC° II°, indicione quinta, VI<sup>to</sup> idus iulii.

<sup>a)</sup> In nomine – trinitatis in *Auszeichnungsschrift* (vermutlich in Analogie zu *Elongata des verlorenen Originals*)  
B. – <sup>b)</sup> fforum statt forum B. – <sup>c)</sup> capellanus statt capellani B. – <sup>d)</sup> Albon statt Albero B.

## GURK 10 (2, 58)

1202 Dezember 17, Salzburg

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg bewilligt auf Bitten seines Verwandten Bischof Walther von Gurk die Abtrennung der Kapelle St. Jakob in der Wiegen (n. Friesach) von der Pfarre Friesach durch deren Gründer Ulrich von Dürnstein gegen Entschädigung mit einer Hube in Retsah. Der Erzbischof erhebt die Kapelle zur Pfarre und verleiht Ulrich und dessen Nachfolgern das Präsentationsrecht.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 355 (A).

Abb.: [https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR\\_1202\\_XII\\_17/charter](https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR_1202_XII_17/charter) (samt Siegel auf Rückseite).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 98–99 Nr. 58 (aus A). — Jaksch, MDC I (1896), S. 286–287 Nr. 392 (aus A). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 33–34 Nr. 559 (aus A).

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 176 Nr. 32, mit S. 512 Anm. 17. — Kos, Gradivo V (1928), S. 31–32 Nr. 37. — Lang, Salzburger Lehen I (BEStGQ 43/NF 11 = Veröff. HLK 30, 1937), S. 160 Nr. 150.

Lit.: Rauch, Erwerbung (ZRG GA 38, 1917), S. 278 Anm. 1. — Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 642–643. — Pirchegger, Geschichte der Steiermark I (1920), S. 303. — Klebel, Pfarren und Kirchen Kärtents A (Car I 115, 1925), S. 20. — Wonisch, Besitzer des Schafferhofes (ZHVSt 31, 1937), S. 88. — Peschl, Gurk (1965), S. 161. — Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 131 Anm. 76. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 70–71. — Stöllinger, Eberhard II. (1972), S. 12. — Haider, Kapellanat (1977), S. 229, 230, 231, 232. — Tropper, Missionsgebiet (1996), S. 66. — Zehetmayer, Landtaidinge (ZHVSt 94, 2003), S. 108 (Anm. 162, 163). — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 126.

Laut Jaksch, MDC I, S. 286, vom Gurker Notar Albert verfasst und geschrieben, obwohl „der Salzburger Notar Conrad ebenfalls in der Zeugenreihe erscheint“. So auch Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 643. Zum Notar Albert siehe Jaksch, MDC I, S. XXII, und Haider, Kapelläne (Car I 206), S. 109, 126.

Dem angeführten zweiten Pontifikatsjahr Erzbischof Eberhards II. liegt offensichtlich nicht die Wahl am 20. April 1200, sondern die Anerkennung Eberhards durch den Papst im Dezember 1200 (siehe Hauthaler/Martin, SUB III, S. 1) zugrunde.

Laut Meiller, Reg. Salzburg, S. 512 Anm. 17, ist die Bezeichnung nepos hier – wie auch in anderen Fällen – nicht wörtlich zu verstehen, sondern lediglich in der „Bedeutung eines Verwandten überhaupt“.

Zahn, StUB II, Register S. 700 und S. 635, identifiziert Retsah als „Retsach‘ bei Diernstein“ (= Dürnstein in der Steiermark).

*An Pergamentstreifen rückwärts eingehängtes, schlecht erhaltenes Siegel Erzbischof Eberhards (Hauthaler/Martin: Siegel 1). Siehe monasterium sowie die Siegelbeschreibung bei Jaksch, MDC I, S. 287.*

*Ediert nach A.*

In<sup>a)</sup> nomine sancte et individue trinitatis, amen. Eberhardvs dei gratia sancte Salzeburgensis sedis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, universit[a]ti<sup>b)</sup> Christi fidelium salutem in perpetuum. Quoniam quicquid intuitu pietatis per nos aut coram nobis gestum fuerit, ex debito nostri officii adeo firmare tenemur, ne per processum temporis per oblivionem aut suggestionem malorum in irritum revocetur. Noverint igitur omnes Christi fideles presentes et futuri, quod consensu et bona nostra voluntate ac consilio chori et ministerialium ecclesie nostre, consentiente quoque domino Hainrico Frisacensi plebano Vlricus de Dierensteine exemit cappellam sancti Iacobi fundatam in patrimonio suo iuxta nominatum castrum a plebe Frisacensi cum manso in Retsah quem Iohannes coluit, eo scilicet tenore, ut prescripta cappella omne ius plebis preter ignitum ferrum et iudicium aque habeat, et hoc tantum in hominibus dicti Vl(ici) et liberis iuxta ipsam cappellam manentibus, proprium quoque sacerdotem cum decimatione dotis perpetuo habeat. Sane quoniam exceptionem prescriptam pro petizione karissimi nepotis nostri domini<sup>c)</sup> Waltheri admisimus Gurcensis episcopi, decrevimus ipsam cappellam sibi eiusque successoribus taliter conferre, ut per eum ac successores eius sacerdos in ea secundum peticionem memorati Vl(rici) ac posteritatis sue instituatur. Verum ut presens factum a successoribus nostris inconvulsum conservetur, hanc paginam sigilli nostri impressione cum testibus subscriptis munivimus. Horum testium nomina sunt hec: Werenhardus prepositus, Hartfridus decanus, Werenherus celerarius et sacrista Salzeburgensis ecclesie, Vlricus prepositus, Hainricus decanus, Vlscalcus sacrista, Otto hospitalarius Gurcensis ecclesie, prepositus de Chiemse, Conradus de Sulzowe, Conradus de Muldorf, Conradus de Tisentis, Conradus notarius, Vlricus de Strazgant cappellani domini Salzeburgensis archiepiscopi, Hartliebus, Purchardus, Albertus notarius cappellani domini Gurcensis episcopi, Siboto de Surberch<sup>d)</sup>, Chuno de Werven, Marchvardus de Vorhtenstein, fratres eius Rudgerus et Gerhohus, Fridericus de Pettov, Otto de Libniz, Conradus de Cholenberch ministeriales Salzburgensis ecclesie, Peregrinus pincerna, Alexander, Arnoldus, Vlricus, Perhtoldus de Motniz, Marchvardus<sup>e)</sup> et Perhtoldus de Albek ministeriales Gurcensis ecclesie.

Acta sunt hec anno incarnationis domini M CC II, indictione V, XVI kal. ianuarii, pontificatus nostri anno secundo, apud Salzburhc, feliciter amen.

<sup>a)</sup> Davor freier Raum, wohl für ein vorgesehenes Kreuzzeichen A. – <sup>b)</sup> a anscheinend durch nachträglichen Beschnitt verloren A. – <sup>c)</sup> Folgt Wellenlinie als Zeilenfüller A. – <sup>d)</sup> Folgt Wellenlinie als Zeilenfüller A. – <sup>e)</sup> Verbessert aus Marchvurdus A.

## GURK 11

[vor 1203 Februar 24]

Papst [Innozenz III.] beauftragt Hermann, Mönch des Klosters Millstatt, Heinrich, Archidiakon der Mark, und Pfarrer Gebhard von St. Veit, den Streit zwischen Propst und

*Kapitel von Gurk einerseits und dem Pfarrer Heinrich von Teinach andererseits um die Kapelle in Grafenstein zu untersuchen und zu entscheiden.*

*Hss.: Erwähnt (bzw. stillschweigend vorausgesetzt) in Urkunde Nr. GURK 12.*

*Edd.: Die Erwähnung als solche ist ungedruckt.*

*Lit.: Pirchegger, Geschichte der Steiermark I (1920), S. 298. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 51. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 413.*

*Diese Nummer wurde wegen der Beteiligung Heinrichs, Archidiakon der Mark, aufgenommen.*

## GURK 12

1203 Februar 24

*Hermann, Mönch des Klosters Millstatt, Heinrich, Archidiakon der Mark, und Pfarrer Gebhard von St. Veit entscheiden als päpstlich delegierte Richter den Streit zwischen Propst und Kapitel von Gurk einerseits und dem Pfarrer Heinrich von Teinach andererseits um die Kapelle in Grafenstein zugunsten der ersteren.*

*Hss.: 1. Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1201.1 (A1). — 2. Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1201.2 (A2).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1201.1\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1201.1_St/charter) (samt Hängesiegel) (A1). — [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1201.2\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1201.2_St/charter) (samt Hängesiegel) (A2).*

*Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 287–289 Nr. 394 (aus A1 und A2).*

*Reg.: Kos, Gradivo V (1928), S. 36–37 Nr. 48.*

*Lit.: Pirchegger, Geschichte der Steiermark I (1920), S. 298. — Peschl, Gurk (1965), S. 161. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 64–65. — Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 127 Anm. 37, 128–129. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 50–52, 56, 58, 59. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 413.*

*Das vorliegende Stück wurde wegen der Beteiligung Heinrichs, Archidiakon der Mark aufgenommen.*

*Laut Jaksch, MDC I, S. 287, sind beide Originale vom Gurker Schreiber Gebeno geschrieben. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXII–XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 110.*

*An beiden Originale: 1. Hängesiegel des Mönches Hermann an Pergamentschnur. 2. Nicht zugeordnetes Hängesiegel an Pergamentschnur. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A1 und A2.*

† In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen<sup>a)</sup>. Hermannus pauperum Christi peripsima monachus Milstatensis cenobii et Heinricus archidiaconus Marchie<sup>b)</sup> et Gebhardus plebanus sancti Viti. Noverint cuncti Christi fideles tam futuri quam presentes, quod, dum super capella sancti Stephani in Grauenstein inter prepositum et fratres Gurcenses per advocatos ex una

parte et Heinricvm<sup>c)</sup> plebanum<sup>d)</sup> de Tinach sine advocato ex altera parte causa coram nobis a sede apostolica iudicibus delegatis<sup>1)</sup> apud sanctum Vitum preposito eam agente tractaretur, plebanus liti abrenunciavit. Unde preposito, ut in possessionem mitteretur, petente introductorem ei dedimus Hartwicum scilicet plebanum de Tigric. Quo dato et interpositis sermonibus ad hęc oportunis et mora plebanus tandem subiunxit: „salvo iure meo in Grauendorf“, et orta contentione super hoc dicto predicta introductio possessionis executioni non est mandata. Prepositus itaque super tali gravamine sedem apostolicam appellans literas tales ad nos impetravit, quod scilicet dimisso nominis errore, cum de re constaret, de re quoque perquireremus et secundum tenorem priorum literarum finem ei canonicum imponeremus. Quibus a nobis inspectis et partibus peremptorie citatis idem plebanus venire contempsit, denique iterum citatus venit et de contemptu veniam petivit. Qua concessa prepositus iterum petivit priorem nostram sententiam executioni mandari, qua sibi ecclesiam illam adiudicaveramus, eo quod plebanus liti coram nobis prius abrenunciasset. Cum igitur super hoc preposito incumberet probatio tamquam actori, plebanus sibi eam assumpsit et bene deferente preposito assumptam iterum negavit. Sed nos propter instantiam prepositi plebano secundum quod audiveramus eum assumpsisse probationem iniunximus. Qui solum testem tunc temporis Iacobipetam denominavit et, ut testimonio illius staretur, ab utraque parte est compromissum. Procedente vero tempore partibus iterum citatis plebanus sine advocato variis exceptionibus premissis tandem literas diocesiani<sup>e)</sup> archiepiscopi nobis presentavit, ut ad presentiam ipsius aut nuncii sui causam differremus, et statim, antequam legerentur literę, contumaciter iudicio se ausus est subtrahere, donec insipientię suę consulentes prece et vinculo obędientię vix ipsum revocavimus et communicato consilio petitioni domini archiepiscopi deferri censentes ipsi archiepiscopo per literas et predicto plebano viva voce terminum peremptorium prefiximus, sed dominus archiepiscopus nec venit nec responsalem misit. Prepositus vero nichilominus per advocatos litem ingressus compromissionem predictam per illum, in cuius testimonium fuerat compromissum, executioni mandari expetiit. Plebanus autem sine advocato iterum respondens noluit stare compromissioni et in tantum propriis allegationibus processit, donec vidi dandam esse sententiam; tunc primum advocatum petivit, quem primo sibi oblatum recusaverat. Nos autem consuetudinem sedis Romanę, quę advocatos sic dare non consuevit, quantum potuimus imitari cupientes tum etiam consuetudinem terrę observantes quę talis est, quod ex quo quis propria persona pro se incipit agere vel respondere, advocatum habere non debeat, et quia multociens<sup>f)</sup> ipsi detuleramus, tum in differendo executionem prioris nostrę sententię, quando ipse liti abrenunciaverat, tum in data venia de contemptu citationis, tum etiam quia condescendimus ei, dum iudicio se contumaciter subtraxerat, tum etiam quia petitionibus diocesiani<sup>e)</sup> concessimus et quia prepositus et sui fratres monitioni nostrę, cui ipse semper contradixerat, pro interponenda compositione multis vicibus paruerant, tandem iudicavimus ei denegandum esse advocatum, quoniam ab inicio<sup>g)</sup> partem suam ipse patrocinando procuraverat et cum nollet stare compromissioni, quam et ipsi nos manifestam scimus videntes eum a causa cecidisse, pro altera parte quę<sup>h)</sup> multis fatigata fuit expensis, quod in quieta possessione et proprietate ipsius capelle<sup>i)</sup> esse deberent, sententiam edidimus, sed plebanus post datam sententiam sedem apostolicam a nobis tamquam suspectis, eo quod advocatum ei non daremus, appellavit. Nos vero, quia inhibita fuerat appellatio<sup>j)</sup>, nichilominus sententiam nostram exequendo prepositum ac fratres Gurcenses in corporalem possessionem capelle, de qua lis fuerat, misimus et deinceps cum usibus profuturis et cum omnibus ad eam

pertinentibus quiete possidendam apostolica auctoritate ipsis confirmamus. Huius rei testes sunt hii: Alkerus abbas et monachi de Milstat Hermannus et Vlricus, Liutoldus de Glomtsach<sup>k)</sup>, Herbordus de sancto Stephano, Alwardus de Piswich, Boto de Mulbach<sup>l)</sup>, Burchardus de Lubdingen<sup>m)</sup>, Perhtoldus de Frideloseich, Pernhardus de Motniz<sup>n)</sup> et Fridericus diaconus eius, Pernhardus de Witensvelt<sup>o)</sup>, Pernhardus de Solio, Hartwicus de Tigric, Heinricus de Otmaniach, Heinricus de Prewarn, Pilgrimus de Radintin plebani; preterea Frisacenses isti: Perhtoldus de sancto Laurentio, Hylarius de sancto Georgio, Heinricus de Capella plebani, magister Meinhalmus, Martinus, Petrus, Waltherus, Diethmarus sacerdotes, Gotpoldus et Liutoldus diaconi, Pilgrimus subdiaconus, Liutoldus capellanus Heinrici archidiaconi in Marchia, Chunradus scolaris filius Gotfridi de Friburg, Meinhardus subdiaconus nepos Meinhardi cementarii, Pernhardus acolitus de Volkinmarchet<sup>p)</sup>; et laici isti: Walbrunus et miles eius Wlfingus de Ramistein, Herbordus de sancto Thoma, Heinricus de Possowe, Boto de Rozzindorf, Heinricus pictor, Kazelinus preco, Burchardus preco, Heinricus de Osterwiz, Sifridus magister hospitum, Walchunus, Wisericus<sup>q)</sup>, Sigehardus, Otto, Stephanus, Hartnidus et alii quam plures.

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M° CC° III°, indictione VI<sup>a r)</sup>, VI<sup>a</sup> kal. marci, feliciter amen<sup>s)</sup>.

<sup>a)</sup> Bis hierher verlängerte Schrift A2. — <sup>b)</sup> Marchię A2. — <sup>c)</sup> Verbessert aus Heinrici A1. — <sup>d)</sup> Verbessert aus plebani A1. — <sup>e)</sup> A1 A2. — <sup>f)</sup> multotiens A2. — <sup>g)</sup> initio A2. — <sup>h)</sup> que A2. — <sup>i)</sup> capelle A2. — <sup>j)</sup> appellatio A2. — <sup>k)</sup> Glōmtsach A2. — <sup>l)</sup> Mulpach A2. — <sup>m)</sup> Lübedingen A2. — <sup>n)</sup> Mōtniz A2. — <sup>o)</sup> Wītensfelt A2. — <sup>p)</sup> Volkenmarchet A2. — <sup>q)</sup> Uiiericus A2. — <sup>r)</sup> VI ohne Endungs-a A2. — <sup>s)</sup> feliciter amen zur (unvollständigen) Zeilenfüllung auseinandergezogen A1.

<sup>1)</sup> Zu diesem Deperditum siehe Nr. GURK 11.

## GURK 13

1203 Mai 26, Straßburg

Bischof Walther von Gurk bestätigt dem Domkapitel von Gurk die Schenkungen seiner Vorgänger, insbesondere die Zuweisung der neugesifteten Propstei von Gairach und die Zehnten von Metnitz, welche das Domkapitel von seinem Vorgänger Bischof Ekkehard erhalten hat.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1202 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 59r-v Nr. 116 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1202\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1202_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite). — <http://gams.uni-graz.at/o:epis.gu-16> (nur Siegel Bischof Walthers). — Höfer/Feiner, Siegel (2022), S. 257–258 Nr. gu-16 (nur Siegel Bischof Walthers).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 103–105 Nr. 62 (aus A). — Jaksch, MDC I (1896), S. 289–291 Nr. 395 (aus A).

Reg.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 123. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 121–122 Nr. 627. — Tangl, Grafen von Heunburg (AKÖGQ 19, 1858), S. 93. — Kos, Gradivo V (1928), S. 39 Nr. 54. — Puschnig, Geschichte Geirach (Joanneum 1, 1940), S. 135 Nr. 9.

*Lit.: Pirchegger, Lemberg und Rabensberg (ZHVSt 3, 1905), S. 40. — Stegenšek, O početkih (1911), S. 6. — Puschnig, Geschichte Geirach (Joanneum 1, 1940), S. 122. — Peschl, Gurk (1965), S. 161–162. — Frass, Kartausen (ZHVSt 64, 1973), S. 57. — Koropec, Žusem (ČZN NV 20/1, 1984), S. 2. — Kos, Burg (2006), S. 393 (Anm. 729). — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 126.*

*Laut Jaksch, MDC I, S. 289, „verfasst und geschrieben von Gebeno“. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I; S. XXII–XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206), S. 110.*

*Die Zuweisung der neugestifteten Propstei von Gairach erfolgte am 13. April 1200 (= GURK 5), die Schenkung der Zehnten von Metnitz am 14. April 1200 (= Edd. in Jaksch, MDC I, S. 279–280 Nr. 378).*

*Die vorliegende Urkunde wird auch in Urkunde Nr. GURK 26 (und nach dieser in Nr. GURK 34) erwähnt.*

*An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Walthers. Siehe monasterium sowie GAMS = Höfer/Feiner, Siegel, S. 257–258 Nr. gu-16.*

*Ediert nach A.*

† ‡ In nomine sancte et individuę trinitatis, amen. Walthervs dei gracia Gurcensis ecclesię episcopus<sup>a)</sup> †. Cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem in eo, qui nos salvavit in ligno, et veram subscriptę rei noticiam. Ratione nominis et officii iubemur ad persolvenda sua singulis singula, quę<sup>b)</sup> debemus super intendere, mutua vero caritatis disciplina docemur specialiter nobis coniunctis propensiore diligentia providere. Sed quia pontificali munificentia dilectis fratribus canonicis sancte Marię in ecclesia nostra Gurensi militantibus facta predecessoribus nostris, secundum quod ex privilegiis eorum didicimus, parificari non possumus, cum tamen locum et officium eorum successive teneamus, ea saltem quibuscumque ipsi prebendam fratrum predictorum tam per ecclesias quam per capellas, per decimas, per concambia seu per alia quęque iura, per dignitates aut per quaslibet possessiones larga donatione honorantes ampliaverunt, omnia inquam hęc usibus eorum profutura et privilegia rata tenemus ac benigno consensu et affectu, ut ea quiete semper possideant, ipsis confirmamus. Sane propter novitatem rei ante nostram successionem gestę preposituram in valle sancte Marię Gyriōv cum omnibus acquisitis et acquirendis et decimas prediorum in Motniz ad cameram ipsorum fratrum pertinentium, sicut ex privilegiis domini Ekkehardi episcopi predecessoris nostri super his datis collata cognovimus, ita quoque sub prefato confirmationis titulo comprehendi volumus et tam hęc quam alia sub sancte dei genitricis Marię, cui mancipata sunt, et nostra protectione suscipimus. Si quis autem successorum nostrorum factis et congruis donationibus tantorum patrum et nostrę confirmationi ullo modo contraire vel alias aliquis gravamina moliri temptaverit, indignationem eius, quę nos ad filium suum significare potest, et nostram noverit se incursum, et insuper divinę ultioni perpetuo puniendum committimus. In huius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri impressione et subscriptorum testium astipulatione fecimus communiri. Testes autem sunt Chunradus prepositus de Gyriov, Alwardus plebanus de Piswich, Cholo, Albertus, Burchardus, Heinricus, Fridericus capellani, comes Willehelmus de Hūneburg, Arbo de Dirnstein, Otto et Pilgrimus et Hartwicus fratres, Gotscalcus de Nidekke, Sifridus Zlüdei, Hermannus Tobekazze, Vlricus et Walchunus de Dirnstein, Hartwicus de Piswich, Perhtoldus et Chrafto fratres, Herbrandus filius Chraftonis, Sifridus de Wilären et filius eius Vlricus,

Perhtoldus et Vlscalcus de Ravinsperc, Engilscalcus de sancto Egidio, Alexander et Gvntherus fratres, Gotpoldus Vipper de Pilstein, Chunradus Chalp senior, Marcquardus<sup>c)</sup> de Albekke filius Ascwini, Otto Virôvge, Dietricus Gretsic et frater eius Engilbertus, Chunradus Barbir, Chunradus et Heinricus fratres de Lôsinz, Engilbertus filius Hartwici de Piswich, Poppo de Sûzenheim, Liutuldus de sancto Egidio, Gotschalcus de Mitterdorf et alii quam plures.

Actum apud Strazpurc, anno dominicę incarnationis M° CC° III°, indictione VI<sup>a</sup>, VII<sup>a</sup> kal. iunii, pontificatus nostri anno II°.

<sup>a)</sup> Folgen am Ende der Zeile 5 in Kreuzform angeordnete kleine Ringe A. — <sup>b)</sup> § verbessert aus i A. — <sup>c)</sup> Zweites a verbessert aus u A.

## GURK 14

1203 September 1, Baierdorf

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg bestätigt dem Gurker Domkapitel alle Schenkungen seiner Vorgänger, darunter auch solche in der Steiermark.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1194 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 11r Nr. 24 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1194\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1194_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 291–292 Nr. 396 (aus A). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 47–48 Nr. 570 (aus A).

Reg.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 123. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 122 Nr. 628. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 181 Nr. 50, mit S. 513 Anm. 26. — Kos, Gradivo V (1928), S. 39 Nr. 55.

Lit.: Pirchegger, Lemberg und Rabensberg (ZHVSt 3, 1905), S. 40. — Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 674 (Anm. 3). — Popelka, Unters. Stadt Graz (ZHVSt 17, 1919), S. 281. — Peschl, Gurk (1965), S. 162. — Haider, Kapellanat (1977), S. 230, 232, 233–234, 235, 278 (Anm. 500). — Kos, Burg (2006), S. 314 (Anm. 64).

Laut Jaksch, MDC I, S. 291, „verfasst und geschrieben vom [Gurker] Caplan Meister Arnold“. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXI, und Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 110.

Das dritte Pontifikatsjahr Erzbischof Eberhards II. ist offensichtlich nicht aufgrund der Wahl am 20. April 1200, sondern der Anerkennung Eberhards durch den Papst im Dezember 1200 (siehe Hauthaler/Martin, SUB III, S. 1) berechnet.

Zur nicht eindeutig klärbaren Frage, ob der Ausstellungsort das steirische Baierdorf ist, siehe ausführlich Meiller, Reg. Salzburg, S. 513 Anm. 26. Das vorliegende Stück war jedoch auf alle Fälle aufzunehmen, da es sich unter anderem auf die unechte Schenkungsurkunde Erzbischof Konrads I. von Salzburg von 1163 Dezember 20, Friesach bezieht (Edd. in Zahn, StUB I [1879], S. 444–445 Nr. 478, Auszug; Jaksch, MDC I [1896], S. 184–186 Nr. 240; Hauthaler/Martin, SUB II [1916], S. 522–523 Nr.

374), in welcher auch steirische Besitzungen (St. Georgen bei Neumarkt/Graslupp) genannt werden.

An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Erzbischof Eberhards (Hauthaler/Martin: Siegel 1). Siehe monasterium.

Ediert nach A (in einem Fall mit Lesart von B).

† ‡ In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen ‡. Eberhardvs dei gratia Salzburgensis ecclesie archiepiscopus et apostolicę sedis legatus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem et subscriptę rei notitiam. Cura pastoralis nos ammonet et sollicitudo caritatis constringit iustis potentium desideriis benignum favorem accommodando unicuique iura sua integra illibataque, quantum possumus, conservare. Eapropter omnia quęcumque Salzburgensis ecclesię predecessores nostri felicis memorie archiepiscopi Gurcensi ecclesie in stipendum canonicorum deo inibi et sue sancte genitrici Marie sub beati Augustini regula degentium pontificali munificentia donaverunt, seu super quibus in errore prius positis iustitiam postmodum suam eis recognoverunt, secundum quod ex tenore privilegiorum, que super hiis collata sunt, cognoscitur, ipsis canonicis dilectis fratribus nostris et eorum ecclesię predice ea quiete perpetuo possidenda cum usibus inde profuturis auctoritate nostra confirmamus. Quod si quis eos in predictis donationibus vel in hiis, quorum iustitia sua ipsis recognita fuit, sicut dictum est, aliqua temeritate gravare temptaverit, divinam ultionem et nostram indignationem se noverit incursurum. In huius vero confirmationis testimonium presentem paginam cum subscriptis testibus annotatam<sup>a)</sup> sigilli nostri impressione corroboramus. Testes sunt hii: dominus Waltherus Gurcensis episcopus, Poppo Aqvilegensis prepositus et clericus eius Karolus, Livtholdus presbiter, magister Arnoldus plebanus de Polan, magister Symon, Engilbertus et Eberhardus dyaconi, Ekkehardus subdyaconus capellani, comes Engilbertus de Gorza, Uvikardus de Karlisberg, Fridericus de Petowi, Hainricus et Otto et Gerhardus de Libinz, Reginwardus de Pfarri, Alhoch de Cholinberg, Wito de Frowinhaim, Hartman de Celshach, Wlricus de Grazi, Wlfinc de Franowi, Ernest et Gotfridus de Nidekki Salzburgenses, Reinbertus de Mvrekki, Otto de Shellinberg, Herbrandus de Motniz, Pertholdus iunior de Rauinsberg, Amilricus vicedominus Frisacensis et filius eius Hermannus, Gotifridus Shvr iudex, Erpfo, Uvalchunus et Hainricus filii Uvalchuni, Hartwicus aurifex et alii quam plures.

Actum apud Paierdorf, anno dominice incarnationis M° CC° III°, indictione VI<sup>a</sup>, kal. septembris, anno vero pontificatus nostri III°. Data per manus magistri Arnoldi capellani<sup>b)</sup>.

<sup>a)</sup> Zusatz (annotatam)us et A laut Jaksch von der Hand des Schreibers Gebeno; Hauthaler/Martin emendieren zu annotamus et. So auch B. – <sup>b)</sup> capellani zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A.

## GURK 15 (2, 63)

1203 November 29, Friesach  
Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier erneuert dem Domkapitel von Gurk die Mautfreiheit im Herzogtum Steier für zwei Fuder Wein jährlich.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1195 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1195\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1195_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite).

Edd.: Zahn, StUB II (1897), S. 105–106 Nr. 63 (aus A). — Jaksch, MDC I (1896), S. 292–293 Nr. 398 (aus A), mit Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 17 Nr. 1555. — Fichtenau/Zöllner, BUB I (1950), S. 182–183 Nr. 141 (aus A).

Reg.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 123. — Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 91 Nr. 45. — (Ankershofen), Lichtensteiner (AVGT 2, 1850), S. 51. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 122–123 Nr. 629. — Kos, Gradivo V (1928), S. 40 Nr. 57. — Bernhard, Geschichte Seiz II (1987), o. S. Nr. R 17.

Lit.: Felicetti, Steiermark II (BKStGQ 10, 1873), S. 88–89. — Kummer, Ministerialengeschlecht Wildonie (AfÖG 59, 1880), S. 193 (Anm. 1). — Lampel, Gemärke II (BlVLNÖ NF 21, 1887), S. 286. — Krones, Verfassung (1897), S. 213 Anm. 4, 227 (Anm. 2). — Stegenšek, Konjiška dekanija (1909), S. 219. — Tomek, Seckau I (1917), S. 494–495. — Rauch, Erwerbung (ZRG GA 38, 1917), S. 278 Anm. 1. — Puschnig, Weißkirchen (1981), S. 194. — Wonisch, Graslupptal (1956), S. 121 Anm. 25. — Peschl, Gurk (1965), S. 162. — Posch, Pischelsdorf (BlHk 42 H. 2, 1968), S. 35. — Haider, Kapellanat (1977), S. 233–234. — Posch, Hartberg 1/1 (1978), S. 754. — Bernhard, Geschichte Seiz I (1987), S. 1, 14. — Kaspar, Maut- und Zollbefreiungen (BlHk 97 H. 1/2, 2023), S. 52.

Laut Jaksch, MDC I, S. 292, „verfasst und geschrieben von Arnold“. Diese Zuweisung wird von Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 182, in Frage gestellt, von Haider, Kapellane (Car I 206, 2016), S. 110, jedoch wieder aufgegriffen. Zu Arnold siehe auch Jaksch, MDC I, S. XXI.

Die Indiktion V ist unzutreffend, auch wenn Rauch, Erwerbung, S. 278 Anm. 1, die vorliegende Urkunde als Beispiel für die römische Indiktion nennt.

Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 182, heben hervor, dass es sich bei dem Zeugen Hainricus de Græzi um jenen Pfarrer Heinrich von Graz handelt, der auch als Zeuge in der Urkunde Herzog Leopolds VI. von 1200 Dezember 28, Zwettl (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 151–153 Nr. 116) auftritt.

An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Herzog Leopolds (Fichtenau/Zöllner, entgegen Jaksch: Typus 25). Siehe monasterium.

Ediert nach A.

† ‡ In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen<sup>a)</sup> ‡. Livpoldvs dei gratia dux Austrię ac Styrię. Quoniam divina nos clementia sufficiente terrenorum copia ditavit, expedit nobis hiis ita uti et indigentibus impertiri, ut per transitoria mereamur eterna possidere. Fratribus igitur Gurcensis ecclesię deo et suę sancte genitrici virgini Marię inibi militantibus, qui circa mutam, a qua prius liberi fuerant, ita negligentes extiterant, quod oportuit ipsos modo eam persolvere, indulgemus perpetualiter per omnes partes nostri ducatus Styrię, scilicet pro anime nostrę ac parentum nostrorum remedio mutam annuatim in duabus karradis vini maioris ac publici oneris, ut suorum apud deum meritorum participes efficiamur, statuentes quod super predicta mutę remissione nulli unquam successorum nostrorum liceat ipsos gravare; quod si quis temptaverit, divinę subiaceat ultioni. Omni autem ęvo presetem<sup>b)</sup> paginam sigilli nostri

impressione et subscriptorum testium astipulatione comunitam in huius rei testimonium transmittimus inspiciendam. Testes sunt hii: Nicolaus prior de Ualle sancti Iohannis Sisci, Hainricus de Græzi, Sigihardvs de Piscolvisdorf, Daniel capellani, Uvichardus de Karlisberg, Herrandus de Wildonia, Ditmarus de Liethinstain, Wlricus de Stubinberg, Pertholdus de Embirberg, Albero de Grimminstain pincerna, Volbertus de Liebinberg, Hainricus de Libinz, Uvalchunus de Chræzniz<sup>c)</sup>, Chunradus de Mittirberg, Gundafarus de Ponichi officialis et alii quam plures<sup>d)</sup>.

Datum et actum Frisaci, anno dominice incarnationis M° CC° III°, indictione V<sup>a</sup>, III° kal. decembris.

<sup>a)</sup> Restliche erste Zeile frei A. — <sup>b)</sup> presetem statt presentem A. — <sup>c)</sup> æz auf Rasur A. — <sup>d)</sup> quam plures zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A.

## GURK 16

(1204) Oktober 30, Rom

Papst Innozenz [III.] bestätigt dem Propst [Ulrich I.] und dem Kapitel von Gurk den von den päpstlich delegierten Richtern Propst Gerold von Seckau und Archidiakon Meinhalm von Friesach gefällten Schiedsspruch wegen der Oblai der Kapelle Lorenzenberg (sö. Friesach) gegen den dortigen Priester Walter von Micheldorf.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1196 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A-2/25-1, fol. 20v–21r Nr. 38 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1196\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1196_St/charter) (samt Bulle).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 298–299 Nr. 407 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 127 Nr. 642. — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 199 Nr. 2316. — Hilger, Papsturkunden (FRA II/83, 1991), S. 13 Nr. 17.

Lit.: Peschl, Gurk (1965), S. 163. — Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 129 Anm. 54. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 50. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 415.

Zum Streit zwischen Walter von Micheldorf und Gurk um die Oblai der Kapelle Lorenzenberg siehe auch die Urkunden Nr. GURK 7 und GURK 8.

Bulle. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

‡ Innocentius ‡ episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . preposito et capitulo Gurcensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu sententiam, quam dilecti filii Geroldus prepositus Seccowensis et Meinhalmus<sup>a)</sup> archidiaconus Frisacensis auctoritate nostra

super oblationibus capelle sancti Laurentii in monte super Micheldorf pro ecclesia vestra contra Walterum eiusdem capelle presbiterum promulgarunt, sicut est iusta nec legitima provocatione suspensa et in eorum autentico plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Rome apud sanctum Petrum, III kal. novemb., pontificatus nostri anno septimo.

a) Zweites m auf Rasur A.

## GURK 17 (2, 89)

1208 Mai 30, Friesach

Bischof Walther von Gurk verleiht auf Bitten Ortolfs von Montpreis das von diesem innegehabte Lehen seiner Kirche auch Ortolfs Frau Gerbirg und deren Tochter Herradis, sowie möglichen weiteren noch folgenden Kindern mit der Bedingung, dass im Falle des kinderlosen Todes Ortolfs Gerbirg das Lehen mit Ausnahme der villa(e) Satteldorf (nö. Drachenburg) als Leibgeding verbleiben soll. Dafür übergibt Ortolf der Kirche Einkünfte in St. Stefan bei Straßburg, im Lungau und die villam Olimie (n. Drachenburg).

Hss.: 1. Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1183 (A1). — 2. Original in Wien, HHStA, AUR 383 (A2). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 60r-v Nr. 118 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1183\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1183_St/charter) (samt Rückseite mit Siegel) (A1).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 137–139 Nr. 89 (aus A1). — Jaksch, MDC I (1896), S. 310–312 Nr. 418 (aus A1 A2).

Reg.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 124. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 136–137 Nr. 671. — Tangl, Grafen von Heunburg (AKÖGQ 19, 1858), S. 93. — Mell, Reg. Teufenbach I (BESGQ 34/NF 2 = Veröff. HLK 20, 1905), S. 12 Nr. 28. — Kogler, Die Wildonier und Stainz (ZHVSt 9, 1911), S. 127 Anm. 4. — Kos, Gradivo V (1928), S. 75–76 Nr. 131.

Lit.: Kummer, Ministerialengeschlecht Wildonie (AfÖG 59, 1880), S. 207, 224 (Anm. 1). — Pirchegger, Lemberg und Rabensberg (ZHVSt 3, 1905), S. 40. — Pirchegger, Herrschaften Gurks (1956), S. 18. — Minarik, Grad Olimje in Povlinci (ČZN NV 1, 1965), S. 94. — Peschl, Gurk (1965), S. 168. — Bracher, Laßnitz – Sulm (ZHVSt 59, 1968), S. 142. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 75. — Reichert, Rosensiegel (JbVLNÖ NF 46/47, 1981), S. 431. — Reichert, Friesacher Turnier (Car I 173, 1983), S. 175. — Koropec, Žusem (ČZN NV 20/1, 1984), S. 2. — Stopar, Burgen und Schlösser (1989), S. 149. — Sonnleitner, Bischofliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 264 (Anm. 537). — Kos, Burg (2006), S. 393 (Anm. 729), 417 (Anm. 931), 465 (Anm. 1344). — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 126.

*Laut Jaksch, MDC I, S. 310, „verfasst und geschrieben von dem unter den Zeugen genannten Gurker Notar Albert.“ Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXII, und Haider, Kapelläne (Car I 206), S. 109, 126.*

*Die angegebene Indiktion X passt unter keinen Umständen zum angegebenen Jahr 1208 (Mai), korrekt wäre die Indiktion XI.*

*A1: An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das leicht beschädigte Siegel Bischof Walthers. Siehe monasterium. A2: An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Walthers.*

*Ediert nach A1 und A2.*

† In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Waltherus dei gracia Gurcensis<sup>a)</sup> ecclesie humilis minister universitati Christi fidelium salutem in perpetuum. Necesse est, ut memorie futurorum retinendum per scripta committatur, quicquid fideli studio a nobis nostrisque fidelibus tractatur. Hinc est, quod omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris<sup>b)</sup> notum esse cupimus, qualiter dilectus fidelis noster dominus Ortolfus<sup>c)</sup> de Muntparis<sup>d)</sup> nos rogavit, ut uxori sue domine Gerbirgi et filie sue domine Herradi feudum suum, quod ab ecclesia nostra tenebat, conferremus, sic tamen<sup>e)</sup>, quod si eadem Ge(rbirgis)<sup>f)</sup> eidem O(rtolfi)<sup>g)</sup> filios aut filias plures deo dante generaret, quod et illi idem<sup>h)</sup> feudum habeant, quod hoc pacto fecimus, scilicet quod, si dictus O(rtolfus) sine herede decedat<sup>i)</sup>, ut uxor sua prescripta ipsum feudum tempore vite sue habeat, excepta villa que Satelarn dicitur, que statim in servicium ecclesie<sup>j)</sup> nostre est redigenda<sup>k)</sup>. Addimus etiam, quod si sepe dicta G(erbirgis) ipsum feudum ab ecclesia nostra per obligationem aut infeudacionem<sup>l)</sup> alienaverit, quod ipsa ius suum, quod in eodem feudo debet habere quod vulgo lipgedinge dicitur, perdat et sic totaliter in usus ecclesie nostre ipsum feudum cedat. Ut autem petitionem dicti O(rtolfi) admitteremus, contulit ecclesie nostre potestativa manu et uxor sua G(erbirgis) et filia sua H(erradis) redditus<sup>m)</sup> quinque marcarum apud sanctum Stephanum iuxta Strazpurc<sup>n)</sup>, et redditus<sup>o)</sup> quinquaginta denariorum apud Lüngov<sup>p)</sup>, quos dominus Otto<sup>q)</sup> Rufus ab eo in feudo<sup>r)</sup> tenuit, et villam quandam<sup>s)</sup> in Marchia in Wolin<sup>t)</sup> cum terminis suis, quam miles dicti O(rtolfi)<sup>u)</sup> Rudgerus<sup>v)</sup> nomine ab ecclesia nostra in feudo habuerat, sub hac condicione<sup>w)</sup>, ut, si in futurum uxor sua aut aliquis puerorum dicti O(rtolfi) eosdem redditus<sup>x)</sup> hereditario<sup>y)</sup> iure inpetierit<sup>z)</sup>, volens eos ecclesie nostre abstrahere, quidquid<sup>a')</sup> iuris habuerant in feudo sibi ab ecclesia nostra collato perdant et ipsum feudum ecclesie nostre deserviat. Ceterum ut hec suprascripta dicto O(rtolfi) et uxori sue et liberis suis a nostris successoribus et ecclesie nostre a suis liberis et uxore sua inviolabiliter perpetuo obseruentur, presentem paginam sigilli nostri impressione<sup>b')</sup> cum testibus subnotatis ad petitionem eiusdem O(rtolfi) et uxorius sue munivimus<sup>c')</sup>. Sunt autem hii testes: comes Willehalmus de Hunenburc<sup>d')</sup>, Waltherus de Chlingen, Hainricus de Belmont, Waltherus de Rialt, Fridericus de Iuval, Willehalmus filius comitis Geronis, Herrandus de Wildonia et filius eius Hartinidus, Fridericus de Petov, Otto de Truhsin, Chuno de Weruin, Eberhardus de Livbneke et frater eius Ortolfus de Scratenberc, Cholo, Purchardus, Hainricus capellani, Albertus notarius, Hartwicus de Tivfenpach, Otto de Wasen, Otto de Mosheim, Gotfridus Chelz, Albertus de Richenstein, Hartwicus vicetdominus<sup>e')</sup> et filius eius Engelrammus, Otto Rufus et frater eius Hartwicus de Strazpurc, Wlscalcus et Engelscalcus de Rabinsperc<sup>f')</sup>, Gotpoldus de Peilstain, Ortolfus de sancto Egidio, Conradus, Perhtoldus<sup>g')</sup> et Albertus de Albek, Poppo et frater eius Hainricus de Süzenheim,

Perhtoldus pincerna et frater eius Otto de Lubding, Hermannus Tobchaz, Cūnradus<sup>h)</sup> de Wildonia, Otto de Rinkenperge<sup>i)</sup>, Rembertus de Traberch, Isenbertus de Trachenberc, Rvdgerus de Lvngov.

Acta sunt hec anno incarnationis domini M CC VIII, indictione X, III kal. iunii, pontificatus nostri anno VII, apud Frisacum, feliciter amen, de communi consilio ministerialium Gurcensis<sup>j)</sup> ecclesie qui tunc aderant.

[Abweichende Zeugenreihe in A2:]

Sunt autem hi testes: comes Willhalmus de Hvninburg, Waltherus de Clingin, Heinricus de Belmont, Waltherus de Rialt, Fridericus de Iwal, Wilhalmus filius comitis Geronis de Hvninburg, Herrandus de Wildonia et filius eius Hertnidus, Fridericus de Petōwe, Ottho de Trussen, Cvnno de WerVin, \* Herwicus de Tvhinbach \*, Ebberhardus de Lvbinekke et frater eius Ortholfus de Schratenberc, \* Albertus de Richensteine \*, Ottho de Wasin, \* Colo, Burchardus, Heinricus capellani, Albertus notarius, \* Hertwicus vicedominus et filius eius Engelramus, Ottho Rufus et frater eius Hertwicus<sup>k)</sup> \*, Ottho de MosSehaim, \* Wlschalcus<sup>l)</sup> \* de Rabensberc \* et Engelschalcus \*, Gotpoldus de Pilisteine, Ortholfus de sancto Egidio, Cvnradius et Bertoldus, \* Albertus de Albelke, Boppo et frater eius Heinricus de Sūzenhaim, Bertholdus \* et frater eius Ottho de Lvbedingen, Hermannus Tobecaz, \* Gothefridus Kelz, \* Cvnradus de Wildonia, Ottho de Rinkinberge, Reinbertus de Traberc, Isinbertus de Trackinberc, Rvdngerus de Longōwe.

<sup>a)</sup> Gvrcensis A2. — <sup>b)</sup> futuris über der Zeile A1. — <sup>c)</sup> Ortholfus A2. — <sup>d)</sup> Monparis A2. — <sup>e)</sup> tn mit Kürzungszeichen, n verbessert aus a A1. — <sup>f)</sup> Gerb(iris) A2. — <sup>g)</sup> Ortholfo A2. — <sup>h)</sup> idem fehlt A2. — <sup>i)</sup> discedat A2. — <sup>j)</sup> ecclesię A2. — <sup>k)</sup> g über der Zeile A1; redienda A2. — <sup>l)</sup> infeudationem A2. — <sup>m)</sup> redditus A2. — <sup>n)</sup> Strazbure A2. — <sup>o)</sup> redditus A2. — <sup>p)</sup> Lvngowe A2. — <sup>q)</sup> Ottho A2. — <sup>r)</sup> Wortfolge in feodo ab eo A2. — <sup>s)</sup> quandan A2. — <sup>t)</sup> Vor W ein Buchstabe mit Oberlänge radiert A1. — <sup>u)</sup> Orth(olfi) A2. — <sup>v)</sup> Rvdngerus A2. — <sup>w)</sup> conditione A2. — <sup>x)</sup> redditus A2. — <sup>y)</sup> Folgt Spatium wegen Loch im Pergament A1. — <sup>z)</sup> inpecierit A2. — <sup>a)</sup> quicquid A2. — <sup>b)</sup> impresione A2. — <sup>c)</sup> munimus A2. — <sup>d)</sup> Verbessert aus Huninburg A1. — <sup>e)</sup> A1 (et-Kürzel statt e). — <sup>f)</sup> Verbessert aus Rauinsperc A1. — <sup>g)</sup> h verbessert aus i A1. — <sup>h)</sup> ü verbessert aus o A1. — <sup>i)</sup> Verbessert aus Rinkenberge A1. — <sup>j)</sup> Gurzensis A2. — <sup>k)</sup> t über der Zeile A2. — <sup>l)</sup> Verbessert aus Wsschalcus A2.

## GURK 18 (2, 90)

120[8] Juni 6, Anagni

Papst Innozenz [III.] nimmt Propst Otto und das Domkapitel von Gurk nach dem Vorbild seiner Vorgänger Alexander [III.] und Lucius [III.] in den päpstlichen Schutz und bestätigt deren namentlich angeführte Besitzungen, Freiheiten und Rechte, darunter auch solche in der Steiermark.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1208 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 17r–18v Nr. 33 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1208\\_F\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1208_F_St/charter) (samt Bulle).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 319–322 Nr. 421 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 140–141 Nr. 676 (Auszug). — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 295 Nr. 3437. — Zahn, StUB II

(1879), S. 139 Nr. 90 (Auszug). — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 76–77 Nr. 132. — Hilger, *Papsturkunden* (FRA II/83, 1991), S. 27–28 Nr. 38.

Lit.: Kluge, *Urbar-Buch St. Laurenzen* (BLVNO NF 11, 1877), S. 116–117. — Krones, *Verfassung* (1897), S. 213 Anm. 5. — Peschl, Gurk (1965), S. 169–170.

*Das in der Urkunde angegebene Inkarnationsjahr 1207 wurde aus dem ursprünglich angegebenen Jahr 1208 durch Rasur „verbessert“. Das Jahr 1208 ergibt sich auch aus dem angeführten 11. Pontifikatsjahr Papst Innozenz' III. und ebenso passt die Indiktion XI zu 1208.*

*Vorurkunde ist das Privileg Papst Lucius' III. von 1184 Oktober 26, Verona (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 246–248 Nr. 329; Abb.: [https://www.monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1234\\_St/charter](https://www.monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1234_St/charter)). Dessen Vorurkunde, das Privileg Papst Alexanders III., ist ediert in Jaksch, MDC I, S. 195–197, Nr. 256.*

*Die erwähnte Urkunde des Herzogs von Steier (forum Witinsuelt ac foralia iura cum predio et nemore in Preginz et hominibus que omnia quondam nobilis vir Offo ministerialis ducis Stirie et uxor eius Bertha vobis dederunt et ipse dux suo autentico confirmavit) ist Urkunden Nr. GURK 9.*

*Bulle. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach deren Originalüberlieferung (siehe oben).*

‡ Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Ottoni<sup>a)</sup> Gurcensi preposito eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum<sup>b)</sup> ‡. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et \* ecclesiam Gurensem, in qua divino estis obsequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis ‡ Alexandri ‡ et ‡ Lucii ‡ predecessorum nostrorum Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui \* secundum deum et \* beati Augustini \* regulam \* a bone memorie Hildeboldo quondam episcopo vestro in ea noscitur institutus<sup>c)</sup>, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem eclesia impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus \* vocabulis \* exprimenda \*: plebem in valle Gurg, ubi ecclisia vestra sita est, baptisterium sancti Iohannis baptiste et sancte Marie Magdalene, capellam sancti Nicolai, eccliam sancti Laurentii et sancti Egidii, capellam sancti Iacobi in Monte, capellam sancti Petri in Monte, eccliam sancti Iohannis evangeliste in Valle cum curte in qua sita est et omnibus pertinentiis suis, eccliam sancti Petri Vorehen, eccliam sancti Andree Glomscach, eccliam sancti Andree Hawarstdorf, pedium Otmanach quod nobiles viri Engelscalcus et Rahewinus eccliesie vestre largitione pia contulerunt, pedium Osterwiz cum familia, nemore et vineis vobis fidelium oblatione collatum, eccliam sancti Georgii Prewar cum familia et prediis, pedium et familiam Tigrich quam nobilis mulier domina Dimüt eccliesie vestre tradidit, et parochiam quam in eodem predio pie memorie Cürradus quondam Salzburgensis archiepiscopus ad vestre eccliesie honorem et comodum ordinavit, eccliam<sup>d)</sup> sancti Stephani apud Grauenstain, hospitale in Gurg cum decimis et aliis pertinentiis suis, eccliam sancti Martini in Sorich, possessiones Afterdorf, Miterdorf, Lunfindorf, Choerist, Pebendorf, Hawartisdorf, Celsach, Haemsach, Miringsdorf, Spicinge, Drehsilpach, Witzpriach, in Motnitztal viginti mansos, beneficium quod Lodiwigus capellanus habuit in Fustriztal, pedium quod Geroldus conversus in morte sua eccliesie vestre tradidit, et quatuor mansos quos post mortem neptis sue Angele habendos vobis ex testamento reliquit, pedium

Irmfrisdorf, Grazlup, Glomsach cum familia et pertinentiis suis, pedium Pisiwich, Salchendorf, curiam Reinsperc, curiam Propat cum monte cathmie iuxta Vrisacum et decimationem tam eiusdem curie quam ville Treuchendorf a bone memorie C(ûnrado) \* Salzburgensi archiepiscopo vobis collatam, \* familiam, possessiones et decimationes quas in diversis locis Romanus quondam Gurcensis episcopus vobis concessit, videlicet parrochiam Witensuelt cum capella Griuen et omnibus pertinentiis suis vobis ordinandam dedit, pedium Chrapfelt, ubi est ecclesia sancti Martini, quod idem Romanus episcopus presente predicto archiepiscopo C(ûnrado) a nobili viro Rudigerio acquisivit et vobis<sup>e)</sup> \* eandem ecclesiam sancti Martini libere ordinandam dedit, decimationes in parrochiis Gurg, Lubedinge, sancti Lamberti martiris Pisiwich, Glomsach, Fidelosachi, sancti Vrbani Mulpach, Mingostal et decimas salis, caseorum, mellis et porcorum de Marchia de domo Gurcensis episcopi intuitu \* devotionis \* vobis \* a prefato episcopo Romano concessas, mansos decem quos bone memorie R. vobis donavit, pedium Zeidic quod episcopus Ekkehardus pro Haimscach vobis in concambium dedit, decimas prediorum vestrorum in Motiniztal quas idem episcopus vobis dedit et suo autentico confirmavit, forum Witinsuelt ac foralia iura cum predio et nemore in Preginz et hominibus que omnia quondam nobilis vir Offo ministerialis ducis Stirie et uxor eius Bertha vobis dederunt et ipse dux suo autentico confirmavit, pendum in Wilandisdorf, curiam apud Niwenchirch<sup>f)</sup> cum vineis, decimis et aliis pertinentiis suis, comunem usum alpium et nemorum videlicet Wizpriach, Chozarst et Timnich quemadmodum Hildeboldus Gurcensis episcopus et succesores ipsius vobis concessisse noscuntur, capellam sancti Iohannis baptiste in Preginz cum pertinentiis suis, ius ordinationis et amministrationis in plebe sancti Laurentii Vlæzi cum capellis sancti Iohannis baptiste Sirnic et sancti Valentini et aliis capellis pertinentibus ad eandem et capella[m]<sup>g)</sup> sancti Nicolai Sironz. Nichilominus etiam vobis ad exemplar predictorum predecessorum nostrorum auctoritate apostolica confirmamus liberam ordinationem et administrationem sancti Georgii Prewar et capelle sancte Margarete de Otmanach et ecclesie sancti Martini in curia Osterwiz cum familia et universis utilitatibus suis quemadmodum prenominatus archiepiscopus Eberardus canonice vobis concessit et scripto proprio confirmavit. Transactiones quoque, quas cum eodem Romano episcopo et cum ecclesia Admuntensi et Reinherru ac filiis suis de capella sancti Michaelis et predio Glodinz, quod vobis est ab eis ex commutatione concessum, et quas cum abate et fratribus sancti Pauli fecistis, sicut inter vos provide ac pie statutum est et scriptis autenticis confirmatum, firmas et illibatas censemus in perpetuum permanere. \* Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum \* devotioni et extreme voluntati, \* qui se illic sepeliri deliberaverint \*, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposito vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum licet prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanquine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte \* subiaceat \* ultioni \*. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. ‡ Amen, amen, amen<sup>h)</sup> ‡.

(R.)<sup>i)</sup> Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus subscripsi. (BV.)

† Ego Iohannes Albanensis episcopus subscripsi.

† Ego Nicholaus Tusculanus episcopus subscripsi.

† Ego Guido Prenestinus episcopus subscrispi.  
† Ego Cinth(ius) tit. sancti Laur(entii) in Lucina presbiter cardinalis subscrispi.  
† Ego Cencius sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis tit. Pamachii subscrispi.  
† Ego Benedictus tit. sancte Susanne presbiter cardinalis subscrispi.  
† Ego Rogerius tit. sancte Anastasie presbiter cardinalis subscrispi.  
† Ego Petrus sancte Puderntiane tit. Pastoris presbiter cardinalis subscrispi.  
† Ego Guid(o) sancti Nycholai in carcere Tull(iano) diaconus cardinalis subscrispi.  
† Ego Iohannes sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis subscrispi.  
† Ego Guala sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis subscrispi.  
† Ego Iohannes sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscrispi<sup>i)</sup>.  
† Ego Pelagius sancte Lucie ad Septa Solis diaconus cardinalis subscrispi.

Dat. Anagnie<sup>k)</sup> per manum Iohannis sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis sancte Romane ecclesie cancellaii<sup>l)</sup>, VIII id. iunii, inductione XI, incarnationis dominice anno M° CC° VII°<sup>m)</sup>, pontificatus vero † Innocentii † pape tertii<sup>n)</sup> anno undecimo.

<sup>a)</sup> Ottoni von anderer Hand A. — <sup>b)</sup> in perpetuum zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A. — <sup>c)</sup> institutus statt institutus A. — <sup>d)</sup> A. — <sup>e)</sup> s auf Rasur A. — <sup>f)</sup> Verbessert aus Niwinchirch A. — <sup>g)</sup> capella ohne Kürzungszeichen A. — <sup>h)</sup> Zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A. — <sup>i)</sup> Devise: Fac mecum domine signum in bonum. In den Quadranten wie üblich sanctus Petrus, sanctus Paulus, Innocentius papa III. — <sup>j)</sup> Folgt eine leer gelassene Zeile A. — <sup>k)</sup> Folgt Spatium (etwa drei Buchstaben radiert) A. — <sup>l)</sup> cancellaii statt cancellarii A. — <sup>m)</sup> Von ursprünglich VIII letztes Zeichen I radiert A. — <sup>n)</sup> Danach zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortabstände A.

## GURK 19 (2, 114)

1211 August 24, (Windisch-)Graz  
Markgraf Heinrich [IV.] von Istrien beurkundet, dass Bischof Walther von Gurk für seine Kirche mit Zustimmung des Markgrafen, dessen Frau Sophia und matris sue Herzogin Agnes, das Gut Kaindorf ob Murau von Winther und Gottfried von Kronau (Krain), Ministerialen des Markgrafen, für 110 Mark gekauft hat.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1188 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1188\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1188_St/charter) (samt Hängesiegel).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 171–172 Nr. 114 (aus A). — Jaksch, MDC I (1896), S. 329 Nr. 430 (aus A), mit Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 55 Nr. 1657.

Reg.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 124, zu August 25. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 19, 1858), S. 193 Nr. 695. — Tangl, Suneck (MHVSt 10, 1861), S. 127. — Oefele, Grafen von Andechs (1877), S. 201 Nr. 632. — Schumi, UB Krain II (1887), S. 14–15 Nr. 21 (Auszug). — Kos, Gradivo V (1928), S. 95–96 Nr. 177 (Auszug). — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 63 Nr. 114. — Kos, Celjska knjiga listin I (1996), S. 34 Nr. 9 (Auszug).

Lit.: Trstenjak, Windischgraz (Kres 1, 1881), S. 418–419. — Levec, Landhandfesten (MIÖG 19, 1898), S. 247–248. — Pirchegger, Lemberg und Rabensberg (ZHVSt 3, 1905), S. 40. — Wonisch, Graslupptal (1956), S. 54. — Ebner, Altburgstellen um Murau

(MStBV 9, 1960), S. 28. — Pirchegger, Besitz der Kärntner Klöster (Car I 151, 1961), S. 514–515. — Peschl, Gurk (1965), S. 173. — Ebner, Das Königsgut "Uueliza" (ZHVSt Sbd. 16, 1968), S. 190. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 75. — Koropec, Vojnik (ČZN NV 10/2, 1974), S. 267. — Koropec, Slovenj Gradec (ČZN NV 14/I, 1978), S. 18. — Reichert, Rosensiegel (JbVLNÖ NF 46/47, 1981), S. 433. — Kosi, ... quae terram nostram et Regnum Hungariae dividit ... (ZČ 56/1–2, 2002), S. 56, 60 Anm. 101. — Bele, Posesti Krške škofije (ČZN NV 52/3, 2016), S. 20, 24. — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 127.

Laut Jaksch, MDC I, S. 329, „verfasst und geschrieben von dem unter den Zeugen genannten Gurker Notar Walter.“ Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206), S. 110, 127.

Bereits Oefele, Grafen von Andechs, S. 201 Anm. 2, hat darauf aufmerksam gemacht, dass es statt matris sue Agnetis matris meae heißen müsste. Jaksch, MDC I, S. 329, erklärt diesen Irrtum mit der Unkenntnis des Gurker Notars über die Familienverhältnisse.

Die Urkunde bezeichnet sich selbst als cyrografum, ist aber kein Chirograph im Sinne der heutigen Urkundenlehre.

Die vorliegende Urkunde wird auch in Urkunde Nr. GURK 26 (und nach dieser in Nr. GURK 34) erwähnt.

Hängesiegel des Markgrafen Heinrich (Jaksch: 65) an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ego Heinricus divina miseratione marchio Ystri cunctis fidelibus Christi salutem et devotam in domino compassionis caritatem. Quoniam labente tempore simul labilis hominum memoria labitur, ideo hominis industria gesta posteris memoranda, ne disceptatio in futuro in eis oriretur, scriptis commendare consuevit. Inde est, quod omni etati tam presenti quam future in hoc cyrografo notificamus, quod dominus Waltherus Gurcensis episcopus ecclesie suę a meis ministerialibus, Winthero videlicet et Gotfrido de Kronöwe, quoddam pedium apud Mvram in Chunisdorf pro centum decem marcis cum meo consensu et uxoris meę Sophię et matris sue Agnetis ducisse, cum manu et omnimoda resignatione sororum eorundem<sup>a)</sup> et filiorum omniumque<sup>b)</sup> heredum ipsarum comparavit. Et ne aliquis de heredibus ipsorum vel ipsi predictum pedium impetere valeant, huius paginę et nostri sigilli testimonio subscriptorumque<sup>c)</sup> testium convicti confusique resipiscant. Sunt autem hii testes nominati: Heinricus Pris, Duringus de Nidegge, Noppo, Kálho, dominus Gerlöh<sup>d)</sup>, Reinherus de Wolkinburg, Isinricus et frater suus Otto, Meinhardus, Crimhilt, Heinricus de Insula, Engilschalcus de Rabinsperc, Waltherus notarius et alii quam plures, dominus Gebehardus de Sönegge, dominus Ortolfus de Gurgevelt, dominus Werianus de Hohinegge, dominus Heinricus de Rosinbach, dominus Vlschalcus de Rabinsperc.

Data apud Grāze, anno dominicę incarnationis M CC XI<sup>e)</sup>, indictione XIII, VIII kal. sept., feliciter amen<sup>f)</sup>.

<sup>a)</sup> A. – <sup>b)</sup> o verbessert aus ip A. – <sup>c)</sup> Anlaut s über con geschrieben, schließendes –que über der Zeile eingefügt (von derselben Hand) A. – <sup>d)</sup> r verbessert aus 1 A. – <sup>e)</sup> XI über der Zeile eingefügt A. – <sup>f)</sup> feliciter amen zur (weitgehenden) Zeilenfüllung auseinandergezogen A.

## GURK 20

1211 November 22, Aquileia

Patriarch Wolfger von Aquileia bestätigt auf Bitten des Gurker Domkapitels diesem die Privilegien seiner Vorgänger Pilgrim [I.], Ulrich [II.] und Gottfried, unter anderem bezüglich der Kapelle Remschnigg.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1186 (A). — Insert in Urkunde Nr. GURK 27 (B). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 28v–29r Nr. 54 (C).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1186\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1186_St/charter) (samt Hängesiegel). — [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1171\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1171_St/charter) (= B).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 330–331 Nr. 432 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 19, 1858), S. 193–194 Nr. 696. — Bianchi, Documenta (AKÖGQ 21, 1859), S. 179 Nr. 18, zu 1206. — Kos, Gradivo V (1928), S. 96 Nr. 179. — Härtel, Wolfger (1994), S. 188 Nr. WA 22.

Lit.: Peschl, Gurk (1965), S. 173.

Die Angabe der Indiktion XIV setzt den römischen Berechnungsmodus voraus.

Bei Remsnich handelt es sich um Remschnigg in der Untersteiermark (w. Marburg), siehe Zahn, Ortsnamenbuch (1893), S. 388.

Vorurkunde ist die Urkunde des Patriarchen Ulrich II. von Aquileia von 1169 März 24, Radmansdorf/Villach (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 198–199 Nr. 258; Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1248\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1248_St/charter)).

Die ebenfalls angesprochenen Urkunden der Patriarchen Pilgrim und Gottfried sind ediert in MDC I, S. 110 Nr. 84, und S. 253 Nr. 338.

Hängesiegel des Patriarchen Wolfger an, laut Jaksch, MDC I, S. 432, Hanfschnur. Siehe monasterium.

Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach deren Originalüberlieferung (siehe oben).

† In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Si Christi famulis viscera misericordie aperimus et pietatis eorumque indigencie ex habundancia nostra subvenire curamus, eternam inde retribucionem percipere nequaquam diffidimus. Quapropter cunctis Christi fidelibus tam \* presentibus \* quam \* future posteritatis hominibus notum esse volumus, qualiter nos quidem Wolfkerus dei gratia \* Aquilegensis sedis patriarcha precibus venerabilium fratrum nostrorum Gurcensium canonicorum inducti curiam unam in Aquilegia iuxta forum sitam, quam a predecessoribus nostris Pelegrino, Wodalrico et Gotefrido felicis memorie patriarchis eorum utilitatibus concessam et privilegiis confirmatam esse cognovimus, devocationem et obsequia,

que Gurcensis ecclesia Aquileensi ecclesie incessanter exhibere consuevit, attentes eorumque necessitatibus debita in Christo karitate consulere cupientes eisdem fratribus de comuni<sup>a)</sup> fratum nostrorum consensu et fidelium consilio in beneficium contulimus et confirmavimus et ripaticum ac thelonium, quod homines eorum ad proprios \* fratrum \* usus \* et ad hospitale pauperum soumas deferentes in Aquilegia et apud Clusam persolvere deberent, divino intuitu iuxta predecessorum nostrorum remissionem relaxavimus eis \* ita, ut de suis saumis tamquam civis Aquilegensis nichil persolvant et ab omni peticionis debito et forensi censu, sicut hactenus, liberi permaneant. Cappellam quoque in predio eorum, quod Remsnich vocatur, sitam cum decimis et omnibus eius pertinenciis eisdem fratribus more predecessorum nostrorum dimisimus. Successorum igitur nostrorum reverenciam obnixe rogamus, ut, quod divino intuitu pro nostra et ipsorum perpetua salute fecimus, sue quoque benignitatis favore prestare \* velint \* et \* confirmare \*. Si quis autem hoc a nobis et ab antecessoribus nostris gracie munus collatum predictis fratribus infringere vel qualibet astucia ab eis alienare presumpserit, omnipotenti in districto iudicio comittimus<sup>a)</sup> \* iudicandum \*. Ut hec vero facilius credantur, presentem [pagin]am<sup>b)</sup> inde conscribi iussimus et sigillo nostro \* fecimus \* insigniri. Huius autem rei testes sunt venerabilis Fulcerius Parentinus episcopus, Bernardus prepositus de Ruino, Philippus Aquilegensis canonicus, Wolricus sancti Stephani de Aquilegia canonicus, Leonardus de Vtino, Wolricus domini patriarche cappellani, Bertoldus de Cornu, Euerardus vicedominus, Gerardus de Vtino.

Act. Aquilegie, anno domini M° CC XI, indictione XIII, X kal. decembris.

Ego magister Wolricus supradicti domini mei Aquilegensis patriarche notarius ipso iubente hanc paginam manu propria conscripsi et sigillavi et dedi.

<sup>a)</sup> A. — <sup>b)</sup> Lücke im Pergament A.

## GURK 21 (2, 119)

1212 Februar 22, Friesach

*Bischof Walther von Gurk und Propst Gerold und das Kapitel von Seckau vergleichen sich mit Rat und Zustimmung meliorum utriusque ecclesie wegen der Silbergruben am Berg Dobritsch (sö. Friesach), wo beide Kirchen je eine Hube haben. Der Zehnte und alle wie auch immer genannten Einkünfte werden, unabhängig ob sie auf Gurker oder Seckauer Besitz erworben worden sind, zu gleichen Teilen geteilt und beide Parteien bestellen jeweils ihre eigenen Bergmeister und Grubenwächter.*

Hss.: Original in Graz, StLA, AUR-371 (A). — Abschrift Anfang 14. Jh. in Graz, StLA, Hs. 51, fol. 37r-v Nr. 51 (B). — Siegelabbildung in Graz, DAGS, Ord.-Archiv, Stift Seckau, B-4, Gauster, Praes. Secc., Siegel und Wappen, II, Tab. 3, Nr. 7 (C).

Abb.: <https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1066819> (samt Hängesiegel).

Edd.: Caesar, Annales II (1773), S. 483–484 Nr. 38 (unvollständig). — Pusch/Froelich, Diplomataria sacra styriae I (1756), S. 191–192 Nr. 35 (unvollständig). — Schmidt, Sammlung der Berggesetze (1839), S. 10–12 Nr. 6 (aus A). — Zahn, StUB II (1879), S. 179–180 Nr. 119 (aus A), zu Februar 23. — Jaksch, MDC I (1896), S. 332–333 Nr. 434 (aus A), zu Februar 23, mit Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 56 Nr. 1663.

*Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 19, 1858), S. 195–196 Nr. 700. — Kos, Gradivo V (1928), S. 99 Nr. 188, zu Februar 23.*

*Lit.: Muchar, Geschichte der Steiermark V (1850), S. 64. — Wießner, Kärntner Bergbau I (1950), S. 199, zu Februar 23. — Pirchegger, Lemberg und Rabensberg (ZHVSt 3, 1905), S. 40. — Roth, Besitzgeschichte (1933), S. 36–37, zu Februar 23. — Mell, Steirische Privaturkunde (1911), S. 79–80, zu Februar 23. — Peschl, Gurk (1965), S. 173, zu Februar 23. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 74–75, zu Februar 23. — Wießner, Bistum und Kapitel von Gurk als Gewerken (Car I 161, 1971), S. 158, zu Februar 23. — Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 264 (Anm. 537). — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 76, zu Februar 23. — Domenig, Friesach, Gurk und Lavant (2015), S. 83. — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 127.*

*Laut Jaksch, MDC I, S. 332, „verfasst und geschrieben von dem unter den Zeugen genannten Gurker Notar Walther“. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206), S. 110, 127.*

*Bei dem als Ausstellungsort genannten castr[um] nostr[um] Friesach handelt es sich laut Jaksch um „die einzige Erwähnung eines bischöflichen Gurker Schlosses in Friesach“.*

*Die wiederholte irrtümliche Angabe des 23. Februars in der Literatur ist darauf zurückzuführen, dass nicht berücksichtigt wurde, dass bei VIII kal. marci das Schaltjahr (1212) keinen Unterschied macht.*

*1. Hängesiegel Bischof Walthers an Pergamentstreifen. (Siehe C.) 2. Siegel des Kapitels (laut Jaksch, MDC I, S. 333) bzw. des Abtes (laut Zahn, StUB II, S. 180) fehlt. Siehe die Abb. im Archivinformationssystem des StLA.*

*Ediert nach A.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Waltherus dei gratia Gurcensis ecclesię episcopus, Geroldus Secōwensis prepositus cum universitate capituli sui cunctis fidelibus Christi salutem in perpetuum. Ad vitandam in posterum omnem litem et calumpniam negotia, que provida et prudenti deliberatione diffiniuntur, necesse habent instrumentorum munitione roborari. Noverint igitur universi fideles Christi, quod controversia, que olim inter ecclesiam Gurensem et ecclesiam Secōwensem habebatur, de fodinis argenti in monte Dobirschach, in quo utraque ecclesia mansum unum habet in ipso loco fodinarum, sub hac forma est diffinita cum consensu et consilio meliorum utriusque ecclesię, videlicet ut decimę et omnia acquisita et acquirenda quocumque nomine appellantur, predictis ecclesiis equaliter dividantur, et quicquid in predio eorundem mansorum provenerit, scilicet si in manso Gurensi et nichil in manso Secōwensi acquisitum fuerit, tamen equaliter dividatur et econverso, si in manso Secōwensi et nichil in manso Gurensi acquisitum fuerit, iterum equaliter dividatur. Insuper etiam ab utraque parte pari consensu statutum est, ut utraque ecclesia suum ibidem habeat montis magistrum, qui vulgo perchmaister dicitur, et utraque ecclesia suos custodes fodinarum. Et ut hec diffinitio a nullo successorum<sup>a)</sup> nostrorum possit cassari, sigillorum nostrorum subscriptorumque testium testimonio confirmamus. Sunt autem hii testes: dominus Hartwicus vicedominus, dominus Pilgrinus dapifer, dominus Vlschalcus de Rabinsperc et dominus Ortolfus de sancto Egidio, dominus Perhtoldus iunior de Rabinsperc, dominus Ortolfus Kloli, Heinricus de Grauindorf, dominus Vlricus et dominus Walchvn de Dirninstein,

dominus Perngerus de Albegge, dominus Engilbertus et frater suus Puzzo, dominus Amilricus de Vlaischpenke, Meinhardus filius Hiltę, Cōradus Smelzare, Gotpertus et Albertus filii Gotpoldi, Hermannus et Bernhardus, Rödbertus Puhtiān, Eberhardus, Erpfo, Wernhardus, Heinricus, Albertus, Albertus filius Rvzonis, Popo miles, Diethmarus, Waltherus, Wergandus, Waltherus notarius et Kolo cappellanus et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M° CC° XII°, indictione XV, VIII kal. marcii, in castro Friesach, feliciter amen.

a) A.

## GURK 22

1212 Mai 13, Passau

*Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier bestätigt, dass Ulrich von Peggau dem Propst Otto und dem Domkapitel von Gurk das herzogliche Lehensgut Glödnitz (w. Gurk), das Ulrich nach dem Tod des herzoglichen Ministerialen Offo von Teufenbach und dessen Frau Berta als Lehen erhalten hatte, geschenkt und einen Anteil seines Erbguts in den Alpen bei Griffen, unum scilicet schafgeriht, eine Hube bei Görtschach und eine Hube bei Sirnitz, um eine Geldsumme, darunter auch um 40 Mark Schadenersatz, welche er dem Kapitel wegen dessen Gut in Hirt schuldete, verpfändet hat.*

Hss.: *Abschrift ca. 1264 (Perg.) in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1425 (B), auf der Vorderseite dieses Blattes findet sich Urkunde Nr. GURK 49.*

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1425\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1425_St/charter)  
 (= B).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 335–336 Nr. 437 (aus B), mit Jaksch, MDC IV/I (1906), S. 57 Nr. 1668. — Fichtenau/Zöllner, BUB I (1950), S. 253–254 Nr. 184 (aus B).

Reg.: Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 109–110 Nr. 101 (Auszug), mit S. 253 Anm. 361, zu Juli 10. — Tangl, Grafen von Pfannberg I (AKÖGQ 17, 1857), S. 242–243. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 19, 1858), S. 197 Nr. 706 (Auszug). — Jaksch, Steierberg (Car I 85, 1895), S. 13. — Mell, Reg. Teufenbach I (BESTGQ 34/NF 2 = Veröff. HLK 20, 1905), S. 13 Nr. 30, zu Juli 10. — Kos, Gradivo V (1928), S. 101–102 Nr. 193. — Rucker, Stadecker 2 (1979), S. 5 Nr. R 9.

Lit.: Krones, Verfassung (1897), S. 146, zu Juli 10. — Pirchegger, Genealogie I (ZHVSt 14, 1916), S. 34–35, 37. — Pirchegger, Geschichte der Steiermark I (1920), S. 247 Anm. 1. — Peschl, Gurk (1965), S. 173. — Dopsch, Landherren (1968), S. 68, 73. — Hausmann, Kaiser Friedrich II. und Österreich (1974), S. 236. — Härtel, Pittener Gebiet (1977), S. 50. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 147–148. — Stumberger, Rabensteiner (MStBV 18, 1987), S. 8. — Vidmar, Herren von Pettau (2006), S. 85. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 149 (Anm. 638).

Meiller, Reg. Babenberger, S. 253 Anm. 361, betont, dass die angesprochenen Lehen Herzog Leopold „wahrscheinlich als Herzog von Steiermark heimgefallen“ sind.

Zu Offo von Teufenbach siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 9.

Ediert nach B.

‡ In nomine sancte ‡ et individue trinitatis, amen. Levpoldus dei gratia dux Austrie et Styrie omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Ad recidendam omnem malignantum calumpniam<sup>a)</sup> notum esse cupimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter dilectus noster Vl(ricus) de Pekach divine remunerationis intuitu convenit cum Ottone preposito Gurensi et cum eiusdem ecclesie capitulo pro predio in Glödnitz, quod solvit annuatim XII marcas et C<sup>m</sup> denarios. Et idem preedium nobis in morte ministerialis nostri beate memorie Offonis de Tevfenpach et uxoris eius domine Berchte iam dudum vacabat, quod nos memorato Ulrico in feudo tradideramus. Convenit etiam prepositus sub hac forma cum iam dicto Vl(rico) pro porcione sui patrimonii, quod situm est apud Griuen in alpibus, unum scilicet schafgeriht, quod solvit III marcas et dimidiam, et unum mansum apud Görschach, qui solvit C<sup>m</sup> denarios, et mansum apud Syrweniz, qui reddit XL denarios, hoc pacto, ut memoratus prepositus et sui fratres acomodarent sepedicto Vl(rico) in manso marcam circiter solvente VI marcas examinati argenti ad pondus publicum Frisacense et sancti Viti. Insuper remiserunt ei plus quam XL marcas, per quas debuit dampnum restituuisse, quod intulerat eis in predio eorum apud Hurde, et hoc sub tali pacto, quod, si Vl(ricus) sine herede decederet, antequam obligata bona a Gurcensibus redimeret, quod eadem bona pro remedio anime nostre et parentum nostrorum nec non pro remedio anime ipsius Vl(rici) et parentum suorum in ecclesia<sup>b)</sup> Gurensi quiescentium ac pro remedio omnium fidelium defunctorum fratribus in eadem ecclesia<sup>b)</sup> Christo famulantibus iure proprietatis debeat deservire. Pro fructu autem medii temporis, quem Gurcenses a prenotatis bonis, antequam pactum premissum exspiret, possunt percipere, dederunt eidem Vl(rico) XXX<sup>a</sup> marcas denariorum monete publice, qui vñfurdungere dicuntur. Volens igitur saluti anime sue nec non quieti Gurensis ecclesie<sup>c)</sup> sepius memoratus Vl(ricus) habundanti cautela consulere et etiam hoc ad instantiam Gurcensium fieri postulavit, ut prescriptum pactum sive tractatus per manum nostram et sigilli nostri corroborationem debeat confirmari, maxime quia nos idem preedium in Glödniz eidem Vl(rico) tradideramus et recepimus ab ipso in proprietatem nostram de patrimonio suo in Sembriach redditus memorato predio equipollentes, quos etiam ei in feudo postea contulimus. Nos vero quoniam illesum in quantum possumus custodire tenemur, quidquid pietatis intuitu per nos et auctoritate nostra pro Christi reverentia actum fuerit, proinde donationem prescripti predii in Glödniz a nostra concessione per nominatum Vl(ricum) de Pekach in hospitali Gerst factam pro amore gloriose dei genitricis Marie et propter reverentiam Ottonis antedicti prepositi et confratrum ipsius ac instantia universitatis tam clericorum quam liberorum et ministerialium nostrorum publicavimus firmantes sigilli nostri impressione et testium, qui subscripti sunt, annotatione studiose munientes. Hec sunt autem nomina testium: dominus Hertnidus prepositus Aquilegensis, magister Albertus, Chonradus de Potendorf, Heinricus de Püchpach capellani, Levoldus de Pekach, Gvndacharus de Styria et frater eius Duringus, Rvdolfus de Stadek, Gotfridus de Truhsen, Reynbertus der Murek, Berchtoldus dapifer de Emerberch, Albero pincerna<sup>d)</sup> Rammenstein, Levoldus de Hohenstein ministeriales Styrie, Heinricus de Stretywisen, Heinricus dapifer de Prunne et filius eius Heinricus, Albero de Dobra, Chonradus de Arenstein, Vlricus Asinus, Wichardus de sancto Vito, Heinricus de Zcekingen, Berchtoldus de Hekehartesawe ministeriales Austrie et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° XII°, III° id. mai, inductione XV<sup>a</sup>. Datum per manus notarii nostri Heinrici Petouiensis apud Patauiam, regnante imperatore<sup>e)</sup> Ottone, feliciter amen<sup>f)</sup>.

<sup>a)</sup> calupniam statt calumpniam B. – <sup>b)</sup> eclesia statt ecclesia B. – <sup>c)</sup> eclesie statt ecclesie B. – <sup>d)</sup> in auf Rasur (?), danach fehlt de B. – <sup>e)</sup> imperatore statt imperatore B. – <sup>f)</sup> amen in Majuskeln B.

## GURK 23

(1214) September 1, im Lager bei Aachen  
König F(riedrich) [II.] fordert den Klerus und die Ministerialen der Gurker Kirche auf,  
Propst [Heinrich], den Bruder des Friedrich von Pettau, zum Bischof zu wählen.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1168 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1168\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1168_St/charter)  
(samt Siegel auf Rückseite).

Edd.. Wattenbach, Iter Austriacum 1853 (AKÖGQ 14, 1855), S. 24–25 (nach „einer genauen Copie“ Ankershofens „im Vereins-Archive“). — Jaksch, MDC I (1896), S. 346 Nr. 451 (aus A). — Koch, Urkunden Friedrichs II. II (2007), S. 151–152 Nr. 243 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 19, 1858), S. 206 Nr. 724. — Böhmer/Ficker, RI V/1,1 (1881), S. 189 Nr. 744. — Kos, Gradivo V (1928), S. 121–122 Nr. 227.

Lit.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 516–517 Anm. 42. — Hirn, Gurk (1872), S. 41–42. — Gruber, Eberhard II. 2 (1877/78), S. 17, 43 Anm. 12 zu IV. — Winkelmann, Kaiser Friedrich II. I (1889), S. 391 Anm. 4. — Pirchegger, Herren von Pettau (ZHVSt 42, 1951), S. 9. — Maier, Kirchengeschichte II (1953), S. 60. — Obersteiner, Gurk (ÖAKR 8, 1957), S. 196. — Peschl, Gurk (1965), S. 178–180. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 80. — Dopsch, Salzburg (1981), S. 323. — Zinsmaier, RI V/4,6 (1983), S. 153 BF. 744. — Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens I (1984), S. 279. — Kreuzer, Stifte und Klöster Kärntens (1986), S. 97. — Štih, Salzburg, Ptuj in nastanek štajersko-madžarske meje (ZČ 50/4, 1996), S. 541. — Tropper, Heinrich von Pettau (2001), S. 208.

Bei dem nicht namentlich genannten Propst kann es sich nur um Heinrich von Pettau, Propst von Maria Saal handeln, der tatsächlich Bischof von Gurk wurde.

Das Jahr 1214 ergibt sich aus der angegebenen Indiktion II sowie der wohl noch in diesem Jahr erfolgten Wahl Heinrichs (siehe Jaksch, MDC I, S. 346 Nr. 452) als Nachfolger des am 30. Juli 1214 (siehe Jaksch, MDC I, S. 344 Nr. 448) verstorbenen Elekten Otto. Bischof Heinrich II. von Gurk ist zuerst am 5. Juni 1215 belegt (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 346–347 Nr. 453), siehe auch Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 19), S. 206.

Zu der in der Urkunde scheinbar zum Ausdruck kommenden freien Bischofswahl in Gurk siehe Meiller, Reg. Salzburg, S. 517, und Winkelmann, Kaiser Friedrich II. I, S. 319 Anm. 4, vgl. die gegenteiligen Ausführungen bei Hirn, Gurk, S. 41–42; Gruber, Eberhard II. 2, S. 43 Anm. 12 zu IV.; Jaksch, MDC I, S. 346, und Obersteiner, Bischöfe von Gurk, S. 80. Vgl. auch die Bestätigungen der Unterwerfung der Gurker Kirche unter die Salzburger durch König Friedrich II. von 1214 Februar 19, Augsburg (Edd. in Koch, Urkunden Friedrichs II. II [2007], S. 101–104 Nr. 216) und von 1214 Februar 21, Augsburg (= Urkunde Nr. SAEB 13). Generell zum Streit um die freie Wahl und Weihe

*des Gurker Bischofs siehe u. a. ausführlich Seidenschnur, Salzburger Eigenbistümer (ZRG KA 9, 1919), S. 235–238; Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens 1, S. 277–280; Ortner, Salzburgs Bischöfe (2005), S. 99–100; Murauer, Besetzung des Gurker Bischofstuhles (2006), S. 575–591; Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 100–142.*

*An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt Fragment des Siegels König Friedrichs. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

F(ridericus) dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie dilectis fidelibus suis clero et universis ministerialibus Gurzensis ecclesie gratiam suam et omne bonum. Certa multorum relatione intelleximus, quod tam clerus quam familia Gurzensis ecclesie progenitoribus nostris omni tempore adeo favorabilis et devota extitit, quod et nos imitacione progenitorum nostrorum, sicut et ipsi consueverunt, vos semper honorare et speciali dilectione amplexari tenemur. Ut inquam perpetue dilectionis inter nos et ecclesiam vestram firmetur vinculum, precum nostrarum primitias universitati vestre porrigitur studiosissimo affectu monentes atque rogantes, quatenus vos ob reverenciam regalis eminentie dilectum nostrum prepositum fratrem videlicet dilecti fidelis nostri F(riderici) de Bettowa in dominum et episcopum ecclesie vestre denominatis et eligatis indubitanter scituri, quod gratum speciale in eo facto regie maiestati prestabis obsequium et nos proinde ad promovendum honorem et libertatam ecclesie vestre semper vobis esse volumus obligati. Dat. in castris prope Aquisgranum, kal. septemb., indictione II.

## GURK 24 (P 34)

1216 Juli 31, zwischen Friesach und Grafendorf  
Bischof Heinrich [II.] von Gurk übergibt mit Zustimmung des Kapitels und der bischöflichen Ministerialen Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier die Hälfte der Kinder beiderlei Geschlechts aus der Ehe der Gurker Ministerialin Rihza und des Offo von Mondorf (bei Neumarkt). Die der Gurker Kirche und die dem Herzog zufallenden Kinder erben zu gleichen Teilen.

Hss.: 1. Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1192 (A1). — 2. Original in Graz, StLA, AUR-392b (A2).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1192\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1192_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite) (A1). —

<https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1066867> (samt Siegel auf Rückseite) (A2).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 352–353 Nr. 461 (aus A1 A2). — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 26–27 Nr. 34 (nach Jaksch). — Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 3–4 Nr. 202 (aus A1 A2).

*Reg.: Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 118 Nr. 136. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22, 1860), S. 343 Nr. 740. — Mell, Reg. Teufenbach I (BESGQ 34/NF 2 = Veröff. HLK 20, 1905), S. 14–15 Nr. 33. — Kos, Gradivo V (1928), S. 140 Nr. 257.*

*Lit.: Siegel, Dienstmannen (SB Wien 102, 1883), S. 238 (Anm. 1). — Tomek, Seckau 1 (1917), S. 501. — Peschl, Gurk (1965), S. 181–182. — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 126.*

*Beide Originale sind vom Gurker Notar Albert verfasst und geschrieben, siehe Jaksch, MDC I, S. 352. Zum Notar Albert siehe Jaksch, MDC I, S. XXII, und Haider, Kapelläne (Car I 206), S. 109, 126.*

*Mannendorf ist Mondorf südöstlich Mühlen bei Neumarkt in der Steiermark, noch im Land selbst, siehe Zahn, Ortsnamenbuch (1893), S. 325, und Fichtenau/Zöllner, BUB II, Register S. 404.*

*A1: 1. An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Heinrichs. 2. An Pergamentstreifen rückwärts eingehängtes Fragment des Siegels Herzog Leopolds (Fichtenau/Zöllner: Typus 33). Siehe monasterium. A2: 1. An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Herzog Leopolds (Fichtenau/Zöllner: Typus 33). 2. An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Heinrichs. Siehe die Abb. im Archivinformationssystem des StLA.*

*Ediert nach A1 und A2.*

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Hainricus miseratione<sup>a)</sup> divina Gvrcensis ecclesie humilis minister universitati Christi fidelium salutem in perpetuum. Quoniam recordatione digna, ne cum labente tempore labantur, noticie ac observantie futurorum sunt committenda, proinde notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter nos cum communi consilio tam chori quam ministerialium ecclesie nostre domino Livpoldo<sup>b)</sup> excellenti duci Austrie<sup>c)</sup> Stirieque tradidimus dimidietatem liberorum utriusque sexus domini Offonis de Mannendorf, quos ex ministeriali ecclesie nostre Rihza nomine<sup>d)</sup> genuerat, eo pacto, ut tam hii pueri, qui ecclesie nostre, quam hii, qui domino duci cesserint, equalem et hereditariam nec non legitimam patrimonii portionem<sup>e)</sup> percipient. Ut autem hic contractus tam a nostris successoribus quam a posteritate iam dicti nobilis ducis in evum firmiter observetur, presentem paginam tam sigillo nostro quam sigillo memorati ducis cum testibus subnotatis<sup>f)</sup> muniri decrevimus. Huius rei testes sunt Otto Gvrcensis prepositus, Conradus archidiaconus Karinthie, Albertus notarius, Hartwicus<sup>g)</sup> vicedominus et filii eius Engelbertus et Engelrammus, Pilgrimus dapifer et frater eius Hartwicus<sup>h)</sup>, Alexander et frater eius Gvntherus, Lvtoldus, Perhtoldus pincerna<sup>i)</sup>, Mainpertus<sup>j)</sup> et frater suus<sup>k)</sup> Hartmannus, Otto de Chvnigesperhc, Hartwicus de Tivfenbahc, Wuluingus<sup>l)</sup> Cubirtel, Eppo de Haselaren<sup>m)</sup>, Gotfridus de Wisen, Hainricus officialis<sup>n)</sup>, Gvndacharus et frater eius Hainricus, Reinboto,<sup>o)</sup> Hartmannus, Vlricus de Mannendorf, Conradus de Tierenstein.

Acta sunt hec anno M CC XVI, inductione IIII, II kal. augusti, infra Frisacum et Grauendorf iuxta fluvium Motniz<sup>p)</sup>, pontificatus nostri anno secundo, feliciter amen.

<sup>a)</sup> Lesung A2 unzutreffend misericordia BUB. — <sup>b)</sup> Liupoldo A2. — <sup>c)</sup> Avstrie A2. — <sup>d)</sup> Wortfolge nomine Rihza A2. — <sup>e)</sup> porcionem A2. — <sup>f)</sup> subnotis ohne Kürzungszeichen A2. — <sup>g)</sup> Hartwicur A2. — <sup>h)</sup> Hartwicur A2. — <sup>i)</sup> Reihenfolge

Perhtoldus pincerna, Livtoldus A2. – <sup>j)</sup> Meinpertus A2. – <sup>k)</sup> eius A2. – <sup>l)</sup> Wulvingus A2. – <sup>m)</sup> Verbessert aus Hasefaren A2. – <sup>n)</sup> Folgt ducis A2. – <sup>o)</sup> A1; et A2. – <sup>p)</sup> Mötniz A2.

## GURK 25 (2, 180)

[nach 1218 Juni 22]

*Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg erkennt mit Zustimmung des Domkapitels dem jeweiligen Bischof von Gurk das Vikariat im neugegründeten Bistum Seckau zu.*

*Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 3275 (A).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_3275\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_3275_St/charter), zu 1219.*

*Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 264 Nr. 180 (aus A), zu ca. 1220. — Jaksch, MDC I (1896), S. 373 Nr. 485 (aus A), zu 1219. — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 257 Nr. 735 (aus A), zu 1219.*

*Lit.: Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens 1 (1984), S. 281, zu 1219. — Dopsch, Salzburg (1981), S. 326, zu 1219. — Peschl, Gurk (1965), S. 185, zu 1219. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 84, zu 1219. — Tropper, Missionsgebiet (1996), S. 57, zu 1219. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 26, zu 1219.*

*Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 257, „von EIIM verfaßt und geschrieben“. Zu E II M siehe Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 606–607.*

*Die traditionelle Zuordnung zu 1219 (bzw. ca. 1220) gründet wohl auf der Vermutung, dass diese Zuerkennung nicht lange nach der Gründung des Bistums Seckau erfolgt sein kann. Die auf Basis dieser Überlegung hier vorgenommene Präzisierung geht davon aus, dass Eberhard II. hiermit auf jenen Passus in der Urkunde Papst Honorius' III. von 1218 Juni 22, Lateran (Edd. in Zahn, StUB II, S. 226–229 Nr. 154; Hauthaler/Martin, SUB III, S. 241–244 Nr. 726) reagiert hat, in welchem dem Erzbischof das Recht der Ernennung und Investitur des Seckauer Bischofs ohne damit verbundene Einschränkung des Vikarsrechts des Gurker Bischofs eingeräumt wird (Gurcensis autem episcopus qui vicarius Salzeburgensis antistitis in sua diocesi esse dinoscitur, in illo quoque sit episcopatu vicarius, quantum archiepiscopalis exigit iurisdictio, ne in hoc etiam ius ipsius grave dispendium patiatur).*

*1. Hängesiegel fehlt, Rest des Pergamentstreifens vorhanden. 2. Hängesiegel fehlt. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

Eberhardus dei gratia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, in perpetuum. Presenti scripto notum facimus tam presentibus quam futuris, quod quicquid iuris competebat venerabili fratri nostro Gurensi episcopo, qui vicarius esse dinoscitur in Salzburgensi dyocesi, antequam crearetur Secowensis ecclesia cathedralis, nos illud idem ei de nostri consensu capituli adhuc recognoscimus in Secowensi episcopatu nomine vicarîe, quantum exigit archiepiscopalis iurisdictio, et sigilli nostri impressione nec non capituli nostri confirmamus.

## GURK 26 (2, 160)

1218 August 23, Gurk

*Bischof Ulschalk von Gurk bestätigt dem Domkapitel von Gurk die demselben von namentlich angeführten Personen geschenkten Güter, darunter auch solche in der Steiermark.*

Hss.: *Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1180 (A).*

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1180\\_F\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1180_F_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite). — Jaksch, MDC I (1896), Tafel 2 Abb. 16 (nur Siegel Bischof Ulschalks). — <https://gams.uni-graz.at/o:epis.gu-19> (nur Siegel Bischof Ulschalks). — Höfer/Feiner, Siegel (2022), S. 259–260 Nr. gu-19 (nur Siegel Bischof Ulschalks).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 364–367 Nr. 478 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22, 1860), S. 350 Nr. 758. — Zahn, StUB II (1879), S. 240–241 Nr. 160 (Auszug). — Kos, Gradivo V (1928), S. 157 Nr. 291.

Lit.: Krones, Verfassung (1897), S. 213 Anm. 5. — Stegenšek, O početkih (ČZN 8, 1911), S. 8. — Puschnig, Geschichte Geirach (Joanneum 1, 1940), S. 122, zu Juli 23. — Peschl, Gurk (1965), S. 184. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 84. — Härtel, Pittener Gebiet (1977), S. 57. — Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 264–265. — Tropper, Missionsgebiet (1996), S. 57. — Mierau, Vita communis (1997), S. 335. — Frankl/Tropper, Gurk (2005), S. 176. — Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 126, 127.

Laut Jaksch, MDC I, S. 364, „verfasst und geschrieben von dem als Recognoscenten genannten Gebno“. Zu Gebeno siehe Jaksch, MDC I, S. XXII–XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206), S. 110, 127.

Zu den in der vorliegenden Urkunde angesprochenen Nonnen in Gurk siehe Jaksch, MDC I, S. 364, und Frankl/Tropper, Gurk, S. 176.

Vorurkunde ist eine auf Bischof Hiltebold zum Jahr 1124 gefälschte Urkunde (Edd. in Jaksch, MDC I, S. 90–92 Nr. 54; Abb.: [https://www.monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1293\\_St/charter](https://www.monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1293_St/charter)). Jaksch, MDC I, S. 364 Nr. 478, nennt als weitere Vorurkunden MDC I Nr. 243 und Nr. 283 mit dem Zusatz, dass „letztere beiden [...] wenig textlich benützt“ sind. Zwischen dem vorliegenden Stück und MDC I, S. 217–218 Nr. 283, gibt es jedoch keine textlichen Übereinstimmungen. MDC I, S. 186–190 Nr. 243, enthält nur einige wenige textliche Übernahmen aus MDC I Nr. 54, die wiederum nur teilweise auch im vorliegenden Stück aufscheinen.

Die erwähnte Urkunde Bischof Ekkehards von Gurk (privilegia Ekkehardi [...] nec non de predio Zeidic) ist Urkunde Nr. GURK 1, jene Bischof Walters von Gurk (confirmationem eiusdem Uvaltheri super prepositura in valle sancte Marię Gyrięe) ist Urkunde Nr. GURK 13 und jene des Markgrafen von Istrien (Hainrici marchionis Hystrię pro centum ac X<sup>cem</sup> marcis comparatum privilegioque ipsius marchionis roboratum Gurcensibus) Urkunde Nr. GURK 19.

An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ulschalks. Siehe monasterium, Jaksch, MDC I, Tafel 2 Abb. 16, und GAMS = Höfer/Feiner, Siegel, S. 259–260 Nr. gu-19.

*Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach deren Originalüberlieferung (siehe oben).*

† ‡ In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Vlschalcus ‡ dei gratia sancte Gvrcensis<sup>a)</sup> ecclesię episcopus omnibus Christi fidelibus inviolabilem unitatem fidei sancte trinitatis in vera religione fideliter profitentibus et sinceriter colentibus pacem veram atque salutem perpetuam in eo, qui vera et unica salus est universorum. Cum nos pastoralis cura secundum normam iusticię per iniunctum nobis officium eo inspirante, cuius spiritus ubi vult spirat<sup>1)</sup>, sapientibus et insipientibus quibusque per cautę provientię sollicitudinem debitores constituat<sup>2)</sup>, propensius tamen ac vigilantiori studio quicquid utilitatis et gratię dictis et factis expedire possumus deo coadiuvante nostris impertire, utpote de singulis rationem ante tribunal Iesu Christi reddituri districte tenemur et ideo contra iacula et incursus quorumque malignantium volentes eos premunire, qui specialius nobis ac familiarius astricti tenentur, primo fratribus nostris Gurcensibus canonicis, qui tam pro nobis quam et pro se portare videntur pondus diei et ęstus laborum huius vitę insudando iugiter divinis laudibus et cottidianis orationibus, ut hec fiducialius possint peragere, nos ipsis, etsi stipendia prebendę ipsorum adaugere minus sufficimus, saltem ea, quę deo propicio ex concessione seu erogatione antecessorum nostrorum Gurcensivm episcoporum in pace quieta possidendo ad nos usque perduxerunt, nos illis auxilante deo pro posse nostro firmiter roborare et confirmare decrevimus. Igitur beata exemplaria religiosorum misericordię virorum Christi gratia favente imitantes, quorum opera iusticię oblivionem non solum coram domino non acceperunt, sed etiam coram hominibus memoriam suam privilegiis et testamentis insignitam et expressam immortalem reliquerunt, omnia, quę ipsi antecessores nostri predictis fratribus nostris Gurcensibus tam in spiritualibus<sup>b)</sup> quam in secularibus deo inspirante contulerunt et collata privilegiis suis eis confirmaverunt et ad futurorum noticiam in ecclesia Gurensi reponi iusserunt, nos quoque auctoritate divina et nostra illis roboramus, quibus propter communis vitę dignitatem \* omnis possessio in subsidium cedit communis utilitatis. Cuius institutor et ordinator primus extitit venerabilis memorię Hilteboldus tam pro sua quam et omnium successorum suorum salute nec non dominę Hemmę beatę in Christo recordationis, quę nostrum Gurensem locum inspiratione divina fundavit \* et liberalissima rerum suarum dote ditavit, cui ipsi Hilteboldo auctor et coadiutor ad institutionem communis vitę in Gurk reverendus in Christo Chunradus Salzburgensis arciepiscopus<sup>b)</sup> \* fuit \*, qui et in \* sua \* ecclesia communem utique vitam devote inchoavit. Itaque sicut in privilegio eiusdem Hilteboldi exaratum reperimus, ipse primitus predictis fratribus libertatem eligendi sibi prelatum canonice statuit quem voluissent et in usus ipsorum prebendę LXX<sup>a</sup> mansos contradidit cum omnibus eorum pertinentiis videlicet agris, pratis, pascuis, silvis, acquisitis et acquirendis, exitibus et redditibus, qui sunt hii: Wizpriach XX<sup>ti</sup>, Palt XX<sup>ti</sup> IIII<sup>or</sup>, Syrōniz XX<sup>ti</sup>, Zvche VI et preedium in Bawaria quod Geroltesdorf dicitur, nec non in communi alpes cum nemore Wizpriach adiacente, Cozarist(us) etiam ac Timnic eis et hominibus eorum ad omnem quem voluerint usum, preter illa \* predia \*, quę \* predicta fundatrix \* primis canonicis contulerat scilicet \* Mirinsdorf, Hvrde, P(ro)chpat, Azzendorf, Gensdorf et quę Guntherus \* felicis \* memorię primus huius sedis episcopus ipsis dederat videlicet preedium apud Frideloseiche et VII<sup>tem</sup> mansos apud Afterndorf et II<sup>os</sup> apud Gurk. Romanus quoque senior primus post Hilteboldvm statuit prepositum Gurensem dignitatem arcidiaconatus per totum Gurensem episcopatum habere coniunctim ac Gurensem congregationem habere plenariam petitionem in barrochia Glo(m)sach et ordinationem ac administrationem in barrochia Gurk et Witensfelt cum capellis suis scilicet sancti Michahelis

in Glodinztal, sancti Iacobi in Griuen, sancti Nykolai in Syröniz, quibus nos conscribimus capellam sanctę Marię et sancti Laurentii in alpibus supra aquam Mvriz sitam, quam Pilgrimus dapifer et ministerialis noster in beneficio suo, quod a nobis h(abui)t, edificavit et cum manso uno de novalibus eiusdem beneficij dotavit, quam et antecessor noster pię memorię Hainricus consecravit et predictę barrochię Witensfelt, in cuius termino sita est, attulavit. Preterea idem Romanus addidit supra memoratis canonicis ecclesiam Prewarn et ecclesiam sancti Martini in Crapfelt cum prediis suis eisdem capellis adiacentibus et alibi alia non modica predia et allodia decimasque vini, mellis, bovum, ovium et salis de patella Admuntensi et porcorum, qui de Marchia adducebantur, et plura alia, quę in ipsius privilegio pleniter expressa esse videntur et in privilegio Romani iunioris eodem modo repetita et ab eodem aliis quibusdam adiectis suo tempore studiose servata et confirmata<sup>c)</sup> exemplo Romani senioris, ut iam premissum est, nec non supradicti Hilteboldi diligenter recognovimus. Qui etiam Romanus senior litem inter eosdem fratres et Popponem de Uvaldekke castro et nemore Wizpriach suam auctoritatem interponens composuit et compositam privilegiavit posteaque agente ac petente Ottone preposito et capitulo Gurcensi dominus Innocentius huius nominis tercius apostolicus apud Lateranensem ecclesiam XII<sup>a</sup> kal. iulii, anno pontificatus eius XVI<sup>o</sup>, ipsum privilegium Romani senioris super ipsa lite de castro Waldekke sopita autenticavit. Huic quoque Romano seniori successit Hainricus huius nominis primus, qui super alpes in Vlatniz ęstivo tempore moras faciens ecclesiam inibi in honore sanctę Marię et sancti Iohannis baptistę et aliorum sanctorum consecravit. Sed quia Gurcenses fratres, ne forte hac occasione communitatem et nemorum eis abstractam sibi usurparet, murmurabant, ipse ostensis sibi et relectis antecessorum suorum Hilteboldi videlicet et Romani pontificum privilegiis super hiis terminos eis inibi distinxit iuxta petitionem et arbitrium ipsorum, quod et nobis notum est et in autentico ipsius continetur, nos firmiter adprobamus. Privilegium quoque eiusdem Hainrici super commutatione decimę in Chriwic et predii Chulm et T(ra)mnic et predii sancti Nykolai et montis Mitnic ratum esse volumus. Item privilegium Romani iunioris super commutatione prediorum apud Tinach et apud Rinekke pro manso in Reinsperc et pro beneficio Burchardi et dotis sancti Thomę in cripta Gurk adprobatum esse volumus. Similiter quoque privilegium Dietrici felicis memorię de domo apud Frisacvm et agrorum iuxta Gurcam et aliorum, quę ibi scripto imposita cernuntur, non minus adprobata esse censemus. Porro nichilominus privilegia Ekkehardi de decimis in Motniz nec non de predio Zeidic ecclesię Gurcensi collatis involuta servari decernimus. Privilegium etiam confirmationis Uvaltheri super hiis omnibus nec non et actum eius scilicet commercium pro predio, quod apud Chvndorf iuxta Mvrām a duobus fratribus videlicet Uvinthero et Gotfrido de Chronōwe ministerialibus Hainrici marchionis Hystrię pro centum ac X<sup>cem</sup> marcis comparatum privilegioque ipsius marchionis roboratum Gurcensibus canonicis ad agendum anniversarium suum contulit, decemque pelicia sororibus in claustro annuatim inde dare constituit ea ratione, ut, cum perfectum fuerit altare supra ianuam monasterii ad occidentem inter turres, omni septimana semel super ipsum altare missa pro defunctis in commemoratione ipsius celebretur, nec non etiam confirmationem eiusdem Uvaltheri super prepositura in valle sanctę Marię Gyrię et reliqua in ipsius cyrographo sub titulo confirmationis comprehensa et in privilegio Hainrici predecessoris<sup>d)</sup> nostri denuo confirmata superaddito alio eiusdem Hainrici de iugeribus in Gurk privilegio pro curia in Austria commutatis eisdem<sup>e)</sup> canonicis cuncta sub sanctę dei genitricis Marię, cuius obsequio mancipata sunt, patrocinio tuenda committimus et sub nostram protectionem divino comitante auxilio munienda suscipimus. Si quis vero

successorum nostrorum vel alius aliquis tantorum auctoritati patrum nostreque confirmationi ausus fuerit contraire sacraque instituta temerario ausu infringere, deo et sancte Marię id hic et in extremo terribili examine ulciscendum committimus et hanc presentem paginam in signum confirmationis nostre sigilli nostri appositione insigniri iussimus. Huius autem rei testes sunt Otto Gurcensis prepositus, Sifridus decanus, Uvlricus senior, Vlricus iunior, Pernhardus, Rvdolfus, Gotfridus, Sifridus capellanus presbiteri et Fridericus Chlolinus, Hartwicus Strobelin, Albertus capellanus, Sifridus scolasticus, Hartwicus vicedominus et filius eius Engilbertus, Pilgrimus dapifer, Alexander, Ortolfus Chlolin, Ortolfus de sancto Egidio, Ulricus de Chrazniz ministeriales et alii officiales et decimatores ecclesię et qui cum illis aderant. Ego quoque Gebno scriptor<sup>f)</sup> recognovi et privilegium iubente domino episcopo coram choro legi et ministerialibus exposui.

Actum et datum apud Gvrk in conventu, anno dominicę incarnationis M° CC° XVIII°, inductione VI<sup>a</sup>, X<sup>a</sup> kal. septembbris<sup>g)</sup>, feliciter amen<sup>h)</sup>.<sup>i)</sup>

<sup>a)</sup> gratia sancte Gvrcensis in Majuskeln (mit Ausnahme des g von gratia) A. – <sup>b)</sup> A. – <sup>c)</sup> con nachträglich eingefügt A. – <sup>d)</sup> predecessoris statt predecessoris A. – <sup>e)</sup> Überflüssiges Kürzungszeichen über i A. – <sup>f)</sup> Zwischen scrp und tor Spatium für das (rückseitig) eingehängte Siegel A. – <sup>g)</sup> septem zur Zeilenfüllung auseinandergenommen A. – <sup>h)</sup> amen zur Zeilenfüllung auseinandergenommen A. – <sup>i)</sup> Datumzeile mit stark erhöhten Oberlängen A.

<sup>1)</sup> Joh 3,8. – <sup>2)</sup> Vgl. Rom 1,14.

## GURK 27

1219 März 11, Treffen

Patriarch Berthold von Aquileia bestätigt wie zuvor schon Patriarch Wolfger dem Domkapitel von Gurk die Privilegien seiner Vorgänger Pilgrim [I.], Ulrich [II.] und Gottfried, unter anderem bezüglich der Kapelle Remschnigg, unter Inserierung der Urkunde Wolfgers II. (= Urkunde Nr. GURK 20).

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1171 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1171\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1171_St/charter) (samt Hängesiegel).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 371 Nr. 482 (aus A).

Reg.: Bianchi, Documenta (AKÖGQ 21, 1859), S. 188 Nr. 52. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22, 1860), S. 352 Nr. 762. — Kos, Gradivo V (1928), S. 161 Nr. 301. — Puschnig, Urkundenwesen (1933), S. 16 Nr. 92.

Lit.: Kos, Oglejski patriarchi (ČZN 13, 1917), S. 8. — Peschl, Gurk (1965), S. 185. — Hausmann, Carinziani (1984), S. 581.

Zu der in der inserierten Urkunde (Nr. GURK 20) genannten Kapelle am Remschnigg und zu den weiteren angesprochenen Urkunden früherer Patriarchen siehe die Anmerkungen zu Nr. GURK 20.

Hängesiegel Patriarch Bertholds an, laut Jaksch, MDC I, S. 371, gedrehter Hanfschnur. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Bertholdus dei gratia sancte Aquileiensis ecclesie patriarcha dilectis in Christo universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in vero omnium salutari. Sacris canonibus dinoscitur institutum, ut que ab ecclesiarum prelatis venerabilibus locis rite collata fuerint seu concessa, ab eorum quoque successoribus robur suscipiant firmitatis. Nos igitur donationem felicis recordationis predecessorum nostrorum Pelegrini, Wodalrici et Godefridi patriarcharum Aquileiensium Gurcensis ecclesie canonicis factam et eorum usibus profuturam nec non et bone memorie predecessoris nostri Wolfkeri patriarche privilegio confirmatam, cuius tenor subscribitur, nostre confirmationis munimine duximus roborandam. Sane confirmationis iam dicti predecessoris nostri Wolfkeri patriarche tenor talis existit:

[*Es folgt Urkunde Nr. GURK 20, jedoch ohne die Schreiberunterfertigung.*]

Nos itaque suprascriptam predecessorum nostrorum donationem, sicut pie canonicis Gurcensis ecclesie facta est, ita presentis scripti et sigilli nostri patrocinio confirmamus. Dat. in Treuen apud ecclesiam sancti Maximiliani, anno dominice incarnationis M° CC° decimonono, indictione VII<sup>a</sup>, quinto id. martii.

Ego Philippus Aquileiensis canonicus domini patriarche iussu hanc paginam scripsi et sigilli sui appensione munivi.

## GURK 28

[*nach 1216 Juli 31 – 1220 bald nach Dezember 4*]

*Papst Honorius [III.] erteilt Propst A(ltmann) von St. Florian, Propst [Hezmann] von Seckau und Archidiakon H(einrich) von Grauscharn den Auftrag, die Streitsache zwischen dem Propst O(tto) von Gurk und der Äbtissin [Ottilie] von Göß [um das Patronatsrecht der Kapelle zu Sörg] zu untersuchen.*

*Hss.: Erwähnt in Urkunde Nr. GURK 29.*

*Edd.: Die Erwähnung als solche ist ungedruckt.*

*Lit.: Stelzer, Altmann (MIÖG 84, 1976), S. 83, zu ca. 1218–1220. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 94, zu ca. 1218–1220. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 55, zu ca. 1218–1220.*

*Zur Identifizierung des Propstes von Seckau als Hezmann siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 29.*

*Zum Streit zwischen Gurk und Göß um die Kapelle zu Sörg siehe auch die Urkunden Nr. GURK 29, GURK 30 und GURK 31. Keine dieser Urkunden ist datiert. Zahn stellt sie alle zu ca. 1220, Jaksch zu 1218–1220. Der hier präzisierte terminus ante quem richtet sich nach der Erlaubnis zu resignieren durch Papst Honorius' III. an Bischof Ulschalk von Gurk – mit dessen Bestätigung des Schiedspruches der Streit endete (= Urkunde Nr. GURK 31) – vom 4. Dezember 1220 (Edd. in Jaksch, MDC I [1896], S. 374–375 Nr. 489). Bischof Ulschalk resignierte wohl unmittelbar nach der Ankunft dieser Erlaubnis noch in demselben Jahr, siehe Jaksch, MDC I, S. 375, Nr. 490. 1218 setzte Jaksch vermutlich fest, da der in Urkunde Nr. GURK 30 als weiterer Richter genannte*

*Archidiakon Rudbert von Kärnten anderweitig nur 1218 belegt ist (Edd. in Zahn, StUB II, S. 238–240, Nr. 159; Hauthaler/Martin, SUB III [1918], S. 240–241 Nr. 725). Da es jedoch keinen Beleg dafür gibt, dass er dieses Amt erst seit diesem Jahr bekleidet hat, wird hier als terminus post quem der letzte Beleg des Archidiakons Konrad vom 1216 Juli 31 (= Urkunde Nr. GURK 24) angesetzt (vgl. Jaksch, MDC IV/2 [1906], Register S. 795, mit der Angabe „Chunradus 1211–1215“).*

## GURK 29 (2, 185)

[nach 1216 Juli 31 – 1220 bald nach Dezember 4]

*Propst A(ltmann) von St. Florian, Propst [Hezmann] von Seckau und Archidiakon H(einrich) von Grauscharn laden als päpstlich delegierte Richter den Propst O(tto) von Gurk in seiner Streitsache mit der Äbtissin [Ottilie] von Göß [um das Patronatsrecht der Kapelle zu Sörg] nach Judenburg vor.*

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 3277 (A). — Abschrift 1865 (Zahn) in Graz, StLA, AUR-429e (aus A) (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_3277\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_3277_St/charter) (samt Hängesiegel), zu 1218–1220. —

<https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1067000> (= B).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 267–268 Nr. 185 (aus A), zu ca. 1220. — Jaksch, MDC I (1896), S. 358 Nr. 470 (aus A), zu 1218–1220.

Lit.: Peschl, Gurk (1965), S. 183, zu nach 1218. — Stelzer, Altmann (MIÖG 84, 1976), S. 82–84, zu ca. 1218–1220. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 93–95, zu ca. 1218–1220. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 55, 88, zu ca. 1218–1220.

Zur zeitlichen Einordnung siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 28. Stelzer betont in Altmann (MIÖG 84), S. 93–95, und in Gelehrtes Recht (1982), S. 93–95, dass der Nachtrag des Terms (cras) und der Ortsangabe (in Judenbu[rc]) über der Zeile zeigt, dass sich bei Ausstellung der Ladung alle beteiligten Parteien in Judenburg oder in der unmittelbaren Umgegebung aufgehalten haben müssen. Dass die eigentlich dann überflüssigen Angaben doch noch über der Zeile nachgetragen wurden, erklärt Stelzer als mögliche Vorsorge gegen „spitzfindige Prozeßeinreden“ der beklagten Partei. Außerdem deute die knappe Zitation des Delegationsmandats Honorius' III. darauf hin, dass „es sich nicht um die erste Zitation handeln kann, in der der beklagten Partei das päpstliche Mandat ja zur Kenntnis gebracht werden müßte. Ob es als zweite oder dritte Ladung angesehen werden könnte, ist schwer zu sagen.“ Dies wiederholt auch Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit, S. 55.

Jaksch, MDC I, S. 358 Nr. 470, liest E(cimannus) Sekwensis ecclesie prepositi, Zahn, StUB II, S. 267 Nr. 185, K. Seccwensis ecclesie prepositi. Die Siegelumschrift hat Hecimannvs. Entsprechend ist laut Zahn, StUB II, Register S. 722, von 1202 bis 1227 ein Propst Hezmann belegt. Bei der dort erstgenannten Urkunde handelt es sich jedoch um eine Fälschung (Edd. in Fichtenau/Zöller, BUB I [1950], S. 159–162 Nr. 124), in der Urkunde von 1227 wird der Propst von Seckau nicht namentlich genannt (Edd. in

Hauthaler/Martin, SUB III [1918], S. 341–343 Nr. 810). Sicher belegt ist Hezmann demnach von um 1216 Juni (Edd. in Zahn, StUB II, S. 212–213 Nr. 141) bis um 1225 (Edd. in Zahn, StUB II, S. 325–326 Nr. 235).

1. Hängesiegel des Propstes von St. Florian an Pergamentstreifen. 2. Hängesiegel des Archidiakons Heinrich an Pergamentstreifen. 3. Hängesiegel des Propsts von Seckau an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Zum Streit zwischen Gurk und Göß um die Kapelle zu Sörg siehe auch die Urkunden Nr. GURK 28, GURK 30 und GURK 31.

Ediert nach A, (wegen Lücken in A) mit B.

A(ltmannus) de domo sancti Floriani, K.<sup>1)</sup> Sekwensis ecclesie prepositi, H(einricus) archidiaconus de Grvsharn O(ttoni) Gvrcensi preposito eiusque confratribus devotas orationes in domino cum fraterna dilectione. Noverit discretio vestra nos a sede apostolica in causa, que vertitur inter vos et abbatissam Gossensem eiusque conventum tales litteras re[cepi]ssse<sup>a)</sup>: Honorius episcopus servus servorum dei et cetera.<sup>2)</sup> Cum igitur mandatis domini apostolici [te]neamur obed[ire]<sup>a)</sup>, vobis [auc]toritate<sup>a)</sup> qua fungimur districte precipimus, quatinus presenciam vestram nobis cras<sup>b)</sup> circa horam terciam in Iudenbu[rc]<sup>c)</sup> [ex]hibeatis<sup>d)</sup> responsuri super omnibus hiis, de quibus vos dicta abbatissa et eius conven[tus impe]tierit<sup>e)</sup>.

<sup>a)</sup> Lücke in A ergänzt aus B. – <sup>b)</sup> cras über der Zeile nachgetragen A. – <sup>c)</sup> in Iudenbu[rc] über der Zeile nachgetragen; rc wegen Flecks nicht lesbar A. – <sup>d)</sup> ex wegen Flecks nicht lesbar A. – <sup>e)</sup> tus peti wegen Flecks nicht lesbar A; Zahn ergänzt zu petierit.

<sup>1)</sup> Jaksch liest E(cimannus); laut Siegel Hecimannvs. – <sup>2)</sup> Zu diesem Deperditum siehe Nr. GURK 28.

## GURK 30 (3, N29)

[nach 1216 Juli 31 – 1220 bald nach Dezember 4]

Archidiakon Rudbert von Kärnten und Magister Albert von Neumarkt entscheiden als von beiden Parteien gewählte Schiedsrichter in dem Streit zwischen Propst Otto und dem Gurker Domkapitel einerseits und der Äbtissin Ottilie und dem Konvent von Göß andererseits um die Kapelle zu Sörg.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 3278 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_3278\\_F\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_3278_F_St/charter) (samt Hängesiegel), zu 1218–1220.

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 358–359 Nr. 471 (aus A), zu 1218–1220, mit Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 98 Nr. 1767. — Zahn, StUB III (1903), S. 33–34 Nr. 29 (nach Jaksch), zu ca. 1220.

Lit.: Mell, Steirische Privaturkunde (1911), S. 89 Anm. 1, zu ca. 1220. — Peschl, Gurk (1965), S. 183, zu nach 1218. — Stelzer, Altmann (MIÖG 84, 1976), S. 84, zu ca. 1218–1220. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 95, zu ca. 1218–1220. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), 78, 82, 88–90, zu ca. 1218–1220. — Murauer, Schiedsverfahren (BDLG 155, 2019), S. 269, 272, zu um 1218–1220.

Laut Jaksch, MDC I, S. 358, ist die ganze Urkunde samt den Unterpflanzungen von Geben geschrieben. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXII–XXIII, und Haider, Kapellane (Car I 206, 2016), S. 110.

Zur Datierung siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 28.

Der Schiedsspruch erging zugunsten von Göß, jedoch wurde das Präsentationsrecht weitgehend entwertet, da die Äbtissin nur den jeweiligen Pfarrer der Sörger Mutterkirche Glantschach nominieren durfte, der wiederum vom Propst von Gurk eingesetzt wurde. Siehe im Detail Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit, S. 89.

1. Hängesiegel Archidiakon Rudberts an Pergamentstreifen. 2. Beschädigtes Hängesiegel Magister Alberts von Neumarkt an Pergamentstreifen. 3. Hängesiegel des Kapitels von Gurk (Jaksch: Capitelsiegel 2). 4. Hängesiegel fehlt. Siehe monasterium.

Zum Streit zwischen Gurk und Göß um die Kapelle zu Sörg siehe auch die Urkunden Nr. GURK 28, GURK 29 und GURK 31.

Ediert nach A.

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis, amen ¶. Rödbertus arcidiaconus<sup>a)</sup> Karinthie et magister Albertus de Niwenmarket omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Cum inter Gurcensem et Gossensem ecclesias super iure patronatus in capella Sorich<sup>b)</sup>, quod Gossensis ecclesia in eadem sibi competere dicebat, Gurcensis autem negabat, coram Altmanno sancti Floriani, Enzmanno Seköensi prepositis et Hainrico arcidiacono<sup>a)</sup> de Gruscharn iudicibus a sede apostolica delegatis apud Frisacvm causa discuteretur, arbitri sub pena triginta marcarum a partibus per stipulationem vicissim promissa sumus electi ita, quod, si nos iurati secundum sanam conscientiam super principali in unam conveniremus sententiam, omnes alię questiones, quę emersissent vel incidissent de fructibus scilicet perceptis et de expensis reddendis vel alio modo ex eo solo, quod super principali conveniremus, sopite quiescerent amodo non resuscitandę. Igitur quia domino concedente convenimus et concordavimus, ita pronuntiamus, ut Gossensis ecclesia habeat in capella predicta ius presentandi clericum preposito Gurcensi, qui pro tempore fuerit, utpote ad quem spectat institutio matricis ecclesię Glōmtsach. Habeat tamen ius presentandi adeo ligatum et artatum, ut nullum presentet, nisi quem prepositus Gurcensis in ecclesia matrici Glōmtsach instituerit plebanum. Quem si abbatissa, quę pro tempore fuerit, presentare aliqua presumptione noluerit, ille tamen nichilominus capellam predictam possideat et sufficiat ei presentationem ab abbatissa postulasse. Si vero abbatissa in tali presumptione perstiterit, quod alium presentare attemptet, eo ipso cadat a iure presentandi. Quod si clericus in Glōmtsach institutus post institutionem suam infra mensem proximum presentationem ab abbatissa neglexerit ante fructus perceptos postulare, liceat abbatissę alium ea vice tantum predicto preposito presentare. Verum quia circa predicta Gossensis ecclesia videretur nimis artata, in recompensationem et alleviationem statuimus, ut Gurcensis ecclesia de redditibus predialibus suis, quibuscumque voluerit, preter quam de redditibus capelle predictę, infra duos menses post receptum arbitrium conferat redditus trium marcarum Gossensi ecclesię perpetualiter possidendos non litigiosos, qui etiam, si evicti fuerint, Gurcensis ecclesia de evictione teneatur. Illi etiam redditus ad ecclesiam Gurcensem redeant, si forte abbatissa presumpserit alium preter quam supra dictum est presentare vel alio modo indebito contra formam arbitrii Gurcensem ecclesiam super capella prememorata inquietare. Volumus itaque, ut tam principalis quam ex ea emergentes

vel incidentes omnes determinatę ac sotpę sint questiones sub pena constituta partibus precipientes, ut arbitrium nostrum ratum habeant et firmum, sigillis suis hinc inde confirmantes et liti renunciantes.

† In nomine domini. Otto prepositus et Gurcense capitulum in perpetuum arbitrium in ista pagina scriptum ratum habemus et ei subscribimus et sigillum nostrum apponimus.

† In nomine domini. Otilia abbatissa et Gossense capitulum in perpetuum arbitrium in ista pagina scriptum ratum habemus et ei subscribimus et sigillum nostrum apponimus.

a) A. – b) Sorich in *Majuskeln und auseinandergenommen A.*

## GURK 31 (2, 186)

[nach 1216 Juli 31 – 1220 bald nach Dezember 4]

Bischof Ulschalk von Gurk bestätigt den Schiedsspruch im Streit zwischen Propst Otto und dem Gurker Domkapitel einerseits und der Äbtissin Ottilie und dem Konvent von Göß andererseits um die Kapelle zu Sörg.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 3279 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 61v–62r Nr. 122 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_3279\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_3279_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite), zu 1218–1220.

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 268–269 Nr. 186 (aus A), zu ca. 1220. — Jaksch, MDC I (1896), S. 359–360 Nr. 472 (aus A), zu 1218–1220.

Lit.: Leyfert, Ortsnamen (ZHVSt 20, 1924), S. 142, zu 1220. — Wonisch, Graslupptal (1956), S. 34, zu ca. 1220. — Peschl, Gurk (1965), S. 183, zu nach 1218. — Stelzer, Altmann (MIÖG 84, 1976), S. 84, zu ca. 1218–1220. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 95, zu ca. 1218–1220. — Mierau, Vita communis (1997), S. 171–172. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 78–79, 90, zu ca. 1218–1220.

Laut Jaksch, MDC I, S. 359, verfasst und geschrieben von Gebeno. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXII–XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 110.

Zur zeitlichen Einordnung siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 28.

Als Vorurkunde diente Urkunde Nr. GURK 30.

An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ulschalks. Siehe monasterium.

Zum Streit zwischen Gurk und Göß um die Kapelle zu Sörg siehe auch die Urkunden Nr. GURK 28, GURK 29 und GURK 30.

Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach der Edition von Urkunde Nr. GURK 30.

† ¶ In nomine sanctę et individuę trinitatis, amen. Vlschalcus ¶ dei gratia sanctę Gurcensis ecclesię episcopus in perpetuum. Cum mens nostra nichil capiat, quin debeat illud ętas, est mentis scriptura fidele sigillum. Idcirco memorię tam presentium quam futurorum inculcamus, quod

cum inter Gurcensem et Gossensem ecclesias super \* capella de Sorich<sup>a)</sup> ex delegatione apostolica sub examine Altmanni sancti Floriani, Enzmanni Seköensis prepositorum et Hainrici \* de Grvscharn \* arcidiaconi<sup>b)</sup> \* apud Frisacvm causa discuteretur, tandem ad instantiam ipsorum sub pena triginta marcarum \* vicissim \* per stipulationem \* promissa fuit a partibus in arbitros, scilicet Rvdbertvm archidiaconum Karinthiæ et magistrum Albertvm de Niwenmarket compromissum, qui demum in unam concordantes sententiam ita pronuntiaverunt, ut Gossensis ecclesia habeat in capella predicta ius presentandi clericum preposito Gurcensi, qui pro tempore fuerit, utpote ad quem spectat institutio matricis ecclesiæ Glomsach<sup>c)</sup>. Habeat tamen ius presentandi adeo ligatum et artatum, ut nullum presentet nisi illum, quem prepositus Gurcensis in ecclesia matrici Glomsach instituerit plebanum. Quem si abbatissa, quæ pro tempore fuerit, presentare aliqua presumptione noluerit, ille tamen nichilominus capellam predictam possideat, et sufficiat ei presentationem ab abbatissa postulasse. Si vero abbatissa in tali presumptione persisterit, quod alium presentare attemptet, eo ipso cadat a iure presentandi. Quod si clericus in Glomsach institutus post institutionem suam infra mensem proximum presentationem ab abbatissa neglexerit \* postulare, liceat abbatissæ alium ea vice tantum predicto preposito presentare. Verum quia circa predicta Gossensis ecclesia videbatur nimis artata, in recompensationem et alleviationem statuerunt, ut Gurcensis ecclesia de redditibus \* suis \* predialibus \* conferat redditus trium marcarum Gossensi ecclesiæ perpetuo possidendos, non litigiosos, qui etiam si evicti fuerint, Gurcensis ecclesia de evictione teneatur. Illi etiam redditus ad ecclesiam Gurcensem redeant, si forte abbatissa presumpserit alium preter quam supra dictum est presentare vel alio modo indebito contra formam arbitrii Gurcensem ecclesiam super capella prenominata inquietare. Huiusmodi denique arbitrium cum satis sit iuri ac rationi consentaneum et a partibus receptum ac omologatum, auctoritate qua fungimur confirmamus.

<sup>a)</sup> Sorich in Majuskeln und auseinandergezogen A. — <sup>b)</sup> A. — <sup>c)</sup> Glomsach in Majuskeln und auseinandergezogen A.

## GURK 32 (2, 198)

1222 Jänner 27, Lateran

Papst Honorius III. nimmt den Domprost [Otto] und das Domkapitel von Gurk nach dem Vorbild der Päpste Alexander [III.], Lucius [III.] und Innozenz [III.] in den päpstlichen Schutz und bestätigt ihnen den gegenwärtigen wie künftigen rechtmäßigen Besitz, darunter auch solchen in der Steiermark.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1170 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 25r–26r Nr. 48 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1170\\_F\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1170_F_St/charter) (samt Bulle).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 376–378 Nr. 493 (aus A).

Reg.: Zahn, StUB II (1879), S. 288 Nr. 198 (Auszug). — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22, 1860), S. 360 Nr. 788. — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 588 Nr. 6778. — Pressutti, Reg. Honorii papae III II (1895), S. 38 Nr. 3766. — Kos, Gradivo V (1928), S. 184–185 Nr. 355. — Hilger, Papsturkunden (FRA 2/83, 1991), S. 60–61 Nr. 99.

Lit.: Peschl, Gurk (1965), S. 187.

*Als Vorurkunde diente Urkunde Nr. GURK 18.*

*Bulle. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach der Edition von Urkunde Nr. GURK 18.*

‡ Honorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis<sup>a)</sup> Gurcensi preposito eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum ‡. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam Gurensem, in qua divino estis obsequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis ‡ Alexandri, \* Lucii ‡ \* et ‡ Innocentii ‡ predecessorum nostrorum Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam a bone memorie Hildeboldo quondam episcopo vestro in ea noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda: plebem in valle Gurg, ubi ecclesia vestra sita est, baptisterium sancti Iohannis baptiste et sancte Marie Magdalene, capellam sancti Nicolai, ecclesiam sancti Laurentii et sancti Egidii, capellam sancti Iacobi in Monte, capellam sancti Petri in Monte, ecclesiam sancti Iohannis evangeliste in Valle cum curte in qua sita est et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Petri Vorehein, ecclesiam sancti Andree Glomschach, ecclesiam sancti Andree Hawarstdorf, pedium Otmanach, quod nobiles viri Engelscalcus<sup>b)</sup> et Rahewinus ecclesie vestre largitione pia contulerunt, pedium Osterwiz cum familia, nemore et vineis vobis fidelium oblatione collatum, ecclesiam sancti Georgii Prewar cum familia et prediis, pedium et familiam Tigrich, quam nobilis mulier domina Dimut ecclesie vestre tradidit, et parochiam, quam in eodem predio pie memorie Cunradus quondam Salzburgensis archiepiscopus ad vestre ecclesie honorem et comodum ordinavit, ecclesiam sancti Stephani apud Grauenstain, hospitale in Gurg cum decimis et aliis pertinentiis suis, ecclesiam sancti Martini in Sorich, possessiones Afterdorf, Miterdorf, Lunfindorf, Choerist, Pebendorf, Hawartisdorf, Celsach, Haemsach, Miringisdorf, Spicinge, Drehsilbach, Wrizpriach<sup>c)</sup>, in Moniztal viginti mansos, beneficium quod Lodiwickus capellanus habuit in Fustritztal, pedium quod Geroldus conversus in morte sua ecclesie vestre tradidit, et quatuor mansos quos post mortem neptis sue Ang(e)le habendos vobis ex testamento reliquit, pedium Irinfrisdorf, Grazlup, Glomsach cum familia et pertinentiis suis, pedium Piswich, Salchendorf, curiam Reinsperch, curiam Propat cum monte cathmie iuxta Vrisacum et decimationem tam eiusdem curie quam ville Treuchendorf ab bone memorie C(unrado) Salzburgensi archiepiscopo vobis collatam, familiam, possessiones et decimationes quas in diversis locis Romanus quondam Gurensis episcopus vobis concessit, videlicet parochiam Witensuelth cum capella Griuen et omnibus pertinentiis suis vobis ordinandam dedit, pedium Chrapfelt, ubi est ecclesia sancti Martini, quod idem Romanus episcopus presente predicto archiepiscopo C(unrado) a nobili viro Rudigerio acquisivit et vobis eandem ecclesiam sancti Martini libere ordinandam dedit, decimationes in parrochiis Gurg, Lubedinge, sancti Laberti<sup>c)</sup> martiris Piswich, Glomsach, Fridelosachi, sancti Vrbani Mulpach<sup>d)</sup>, Mingostal et decimas salis, caseorum, mellis et porcorum de Marchia de domo Gurensis episcopi intuitu devotionis vobis a prefato episcopo Romano concessas, mansos decem quos bone memorie R. vobis donavit, pedium Zeidic quod episcopus Ekkehardus pro Haimsach vobis in concambium dedit, decimas prediorum vestrorum in Motinitztal quas idem episcopus vobis dedit et suo autentico confirmavit, forum Witinsuelt ac foralia iura cum predio et nemore in Preginz et homnibus<sup>e)</sup> que omnia quondam nobilis vir Offo ministerialis ducis Stirie et uxoris eius Bertha vobis dederunt et ipse dux suo autentico confirmavit, pedium in Wilandisdorf<sup>e)</sup>, curiam apud Niwenchirch<sup>f)</sup> cum vineis, decimis et aliis pertinentiis suis, comunem usum alpium et nemorum videlicet Wizpriach, Chozarst et Timnich quemadmodum Hildeboldus Gurensis episcopus et successores ipsius vobis concessisse noscuntur, capellam sancti Iohannis baptiste in Prezing<sup>c)</sup> cum pertinentiis suis, ius ordinationis et amministrationis in plebe sancti Laurentii Vlazi cum capellis sancti Iohannis baptiste Sirmic et sancti Valentini et aliis capellis pertinentibus ad eandem et capellam sancti Nicolai Sironz. Nichilominus etiam vobis ad exemplar

predictorum predecessorum nostrorum auctoritate apostolica confirmamus liberam ordinationem et amministrationem sancti Georgii Prewar et capelle sancte Margarete de Otmanach et ecclesiam sancti Martini in curia Osterwiz cum familia et universis utilitatibus suis, quemadmodum prenominatus archiepiscopus Eberardus canonice vobis concessit et scripto proprio confirmavit. Transactiones quoque, quas cum eodem Romano episcopo et cum ecclesia Admuntensi et Reinhero ac filiis suis de capella sancti Michaelis et predio Glodinz, quod vobis est ab eis ex commutatione concessum, et quas cum abbe et fratribus sancti Pauli fecistis, sicut inter vos provide ac pie statutum est et scriptis autenticis confirmatum, firmas et illibatas censemus in perpetuum permanere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposito vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet resurrectionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres comuni consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione<sup>g)</sup> concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere temptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanquine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultiioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. † Amen, amen, amen †.

(R.)<sup>h)</sup> Ego<sup>i)</sup> Honorius catholice ecclesie episcopus subscrispi. (BV.)

† Ego Guido Prenestrinus<sup>c)</sup> episcopus subscrispi.

† Ego Leo tit. sancte Crucis in Iherusalem presbiter cardinalis subscrispi.

† Ego Guala sancti Martini presbiter cardinalis tit. Equitii subscrispi.

† Ego Stephanus basilice Duodecim apostolorum presbiter cardinalis subscrispi.

† Ego Greg(ori)us tit. sancte Anastasie presbiter cardinalis subscrispi.

† Ego Thomas tit. sancte Sabine presbiter cardinalis subscrispi.

† Ego Octauianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis subscrispi.

† Ego Rainerius sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis subscrispi<sup>j)</sup>.

† Ego Stephanus sancti Adriani diaconus cardinalis subscrispi.

† Ego Egidius sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscrispi.

† Ego Petrus sancti Georgii ad Velem Aureum diaconus cardinalis subscrispi.

Dat. Laterani per manum Willi(helmi)<sup>k)</sup> sancte Romane ecclesie vicecancelarii, VI kal. febr., inductione X, incarnationis dominice anno M° CC° XXII°, pontificatus vero domni † Honorii † pape III anno sexto<sup>l)</sup>.

<sup>a)</sup> Danach Spatium für den Namen des Propstes (etwa 10 Buchstaben) A. – <sup>b)</sup> Erstes l verbessert aus s A. – <sup>c)</sup> A. – <sup>d)</sup> u auf Rasur A. – <sup>e)</sup> Zweites i verbessert aus s A. – <sup>f)</sup> w verbessert aus ch A. – <sup>g)</sup> Erstes e verbessert aus a A. – <sup>h)</sup> Devise im Kreisring: Perforce gressus meos in semitis tuis; in den Quadranten Sanctus Petrus, sanctus Paulus, Honarius papa III A. – <sup>i)</sup> E von anderer Hand mit anderer Tinte A. – <sup>j)</sup> Folgt Leerzeile A. – <sup>k)</sup> W in freigehaltenem Raum nachgetragen A. – <sup>l)</sup> Von domini bis sexto zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortzwischenräume A.

## GURK 33

1223 Jänner (1–16), Gurk

*Propst Otto und das Kapitel von Gurk bestätigen, dass der miles Otto, genannt von Stadl (an der Mur), für sein und seiner Erben Seelenheil seine Hörige Alhaid dem Marienaltar [zu Gurk] um dreieinhalb Mark Friesacher zu Zensualenrecht geschenkt hat.*

*Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1173 (A).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1173\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1173_St/charter) (samt Hängesiegel), zu Jänner 1.*

*Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 379–380 Nr. 496 (aus A).*

*Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22, 1860), S. 361 Nr. 795, zu Jänner 1.*

*Lit.: Peschl, Gurk (1965), S. 187.*

*Laut Jaksch, MDC I, S. 379, von demselben Schreiber wie Urkunde Nr. GURK 34 geschrieben und „wahrscheinlich“ von Gebeno verfasst. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXII–XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 111.*

*Die Indiktion XI stellt sicher, dass die Datierung mit 1223 Jänner (1–16) aufzulösen ist und nicht mit 1220 Jänner 3.*

*Hängesiegel des Kapitels (Jaksch: Capitelsiegel 2) an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

† In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Otto dei gratia Gurcensis ecclesię prepositus cum universo eiusdem ecclesię capitulo omnibus in Christo fidelibus tam futuris quam presentibus salutem in domino. Quoniam mundus labilis est et in malo positus, icirco<sup>a)</sup> ea, que a fidelibus aguntur, in scriptis iure ac digne rediguntur et, ne id, quod salubri desiderio factum esse dignoscitur, in posterum a manumissoribus vel ab eorum heredibus possit in irritum revocari. Unde notum sit omnibus futuris et presentibus, quod miles quidam Otto nomine de Stadel pro remedio anime sue et suorum heredum quandam famulam suam Alhaidim nomine et omnem posteritatem eius pro tercia dimidia marca Frisaticorum super altare sancte Marie Gurk manumisit ac delegavit, ita<sup>b)</sup> tamen, quod dicta mulier annuatim ipsa vel heres eius tres denarios super altare sancte Marie ponat in signum libertatis sue. Pretaxatus autem Otto omni iuri renuncians, quod ipse vel heredes sui in eandem Alhaidim vel eius posteritatem haberet vel habere videretur, nec ultra eam in aliquo vel heredes eius infestare presumerent. Advocatum etiam super hac donatione sibi elegit et accepit videlicet Berengerum militem de Albekke, qui eam contra inpetentes deinceps defenderebat. Nos autem, ut talis conditio prefate Alhaidi sueque posteritati illesa permaneat et ne predictus Otto vel heredes sui pretextu alicuius occasionis contra factum venire presumerent, presentem paginam subscriptionem<sup>c)</sup> idoneorum testium et impressione sigilli chori Gurcensis ecclesie publice roboravimus. Testes autem hii sunt: dominus Bernhardus, dominus Sifridus senior, magister Petrus, magister Berhtoldus canonici Gurcensis ecclesię, dominus Berengerus de Albekke et frater suus

dominus Albertus ministeriales, Stephanus officialis, Trutmannus, Dietmarus, Leo, Wlricus, Berhtoldus et alii quam plures famuli eiusdem ecclesie.

Acta sunt hec anno incarnationis domini M° CC° XX° III°, intrante ianuario, indiccione XI.  
Acta autem sunt hec apud Gvrk, feliciter amen<sup>d)</sup>.

<sup>a)</sup> A. – <sup>b)</sup> it auf Rasur A. – <sup>c)</sup> subscriptionem statt subscriptione A. – <sup>d)</sup> Gvrk, feliciter amen zur Zeilenfüllung auseinandergenommen, amen ausschließlich in Majuskeln A.

## GURK 34 (2, 277)

[um 1223]

*Bischof Ulrich [I.] von Gurk bestätigt dem Domkapitel von Gurk die von seinen Vorgängern verliehenen Rechte und Güter, darunter Kaindorf bei Murau.*

Hss.: *Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 4812 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 69r–70v Nr. 131 (B).*

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_4812\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_4812_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite), zu 1223.

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 380–382 Nr. 497 (aus A), zu 1223.

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22, 1860), S. 365–366 Nr. 809, zu um 1224. — Zahn, StUB II (1879), S. 374 Nr. 277 (Auszug), zu ca. 1230. — Kos, Gradivo V (1928), S. 196 Nr. 379, zu 1223. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 65 Nr. 277, zu ca. 1230.

Lit.: Stegenšek, O početkih (1911), S. 8, zu 1223. — Puschnig, Geschichte Geirach (Joanneum 1, 1940), S. 122, zu 1223. — Popelka, Murau im Mittelalter (ZHVSt Sonderbd. 3, 1957), S. 44, zu um 1230. — Peschl, Gurk (1965), S. 187. — Härtel, Pittener Gebiet (1977), S. 57. — Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 266, zu 1223. — Mierau, Vita communis (1997), S. 335.

Laut Jaksch, MDC I, S. 379, „wahrscheinlich“ von Gebeno verfasst, geschrieben von demselben Schreiber wie Urkunde Nr. GURK 33. Darauf beruht die zeitliche Einordnung zu um 1223. Zu Gebeno siehe Jaksch, MDC I, S. XXII–XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 111.

Als Vorurkunde diente Urkunde Nr. GURK 26.

An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ulrichs. Siehe monasterium.

Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach der Edition von Urkunde Nr. GURK 26.

† In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ego Wlricus dei gratia sancte Guricensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus in salutis auctore salutem. Cum ex iniuncto nobis officio cunctorum iustis potentium desideriis tenemur propensius aspirare omniumque fidelium affectus, in quantum deo largiente possumus effectui mancipare, diligentius tamen

fideliusque eorum debemus intenti esse profectibus, quorum magis ligati sumus familiari affectione et ferventiori astringimur karitate. Hinc est, quod iuste petitioni fratum nostrorum canonicorum Gurcensium grato concurrentes assensu nostrorum privilegia predecessorum Gurcensium videlicet pontificum ad posteriorum necessariam eruditionem innovantes possessiones quoque ab eisdem episcopis memorate ecclesię Gurensi de liberalitate mera et pura karitative et copiose satis collatas omnipotentis dei auctoritate et nostra eisdem fratribus nostris duximus confirmandas. Universa igitur, que ipsi predecessores nostri prenotatis fratribus nostris \* tam in spiritualibus quam in temporalibus deo inspirante contulerunt et \* privilegis<sup>a)</sup> suis posteriorum memorie confirmata reliquerunt, nos eorum vestigiis inerentes<sup>a)</sup> ad comunem Gurcensis ecclesię utilitatem eorum donationes nec non confirmationes pio comprobamus favore et nostra auctoritate confirmamus. Horum itaque primus fuit bone memorie Hilteboldus, qui Gurcensibus canonicis eorumque successoribus liberam dedit potestatem eligendi tempore vacationis prelatum quem vellent. Dedit etiam LXX<sup>a</sup> mansos \* in communes usus \* prebende \* ipsorum \* cum omnibus eorum attinentiis videlicet agris, pratis, pascuis, silvis, acquisitis et aquirendis, exitibus et redditibus. Dicti vero mansi sunt in locis subscriptis: Wizpriach XX<sup>ti</sup>, Palt XX<sup>ti</sup> IIII<sup>or</sup>, Syrovniz XX<sup>ti</sup>, Zvche VI et preedium in Bawaria quod \* dicitur \* Geroltesdorf \* nec non in communi alpes cum nemore Wizpriach adiacente, Cosarist etiam ac Timnich eis et hominibus<sup>b)</sup> eorum ad omnem quem voluerint usum, preter illa predia que \* fundatrix loci pie memorie Hemma primis canonicis contulerat, scilicet Mirensdorf, Hurde, Propat, Azzendorf, Gensdorf, et que Guntherus felicis memorie primus huius sedis episcopus ipsis dederat, videlicet preedium apud Fidelosaiche et VII<sup>tem</sup> mansus apud Afterendorf et duos apud Gurk. Romanus quoque senior primus post Hilteboldum statuit prepositum Gurensem et dignitatem archidiaconatus per totum \* episcopatum habere, et Gurcensibus canonicis dedit ius presentandi ad ecclesiam Glomsach sacerdotem, quibus pie recordationis Wlscalcus episcopus, cui nos sucessimus nullo medio, addidit ac dedit, ut habeant in ea plenum ius tam instituendi quam destituendi et ordinare in ea quod voluerint. Idem Romanus dedit eis ordinationem ac aministrationem in parrochia Gurk et Witensuelt cum capellis suis \* sancti Michahelis in Glodniz \*, sancti Iacobi in Griuen, sancti Nicolay in Siröniz, quibus predictus Wlscalcus conscripsit capellam sancte Marie et sancti Laurentii in alpibus supra aquam Mvriz sitam, quam Pilgrimus dapifer et ministerialis noster in beneficio suo, quod a nobis habuit, edificavit et \* manso uno de novalibus eiusdem beneficii dotavit. \* Preterea idem Romanus addidit supra memoratis canonicis ecclesiam Pwaren et ecclesiam sancti Martini in Chraphelt cum prediis suis eisdem capellis adiacentibus et alibi \* non modica predia et allodia decimasque vini, mellis, boum<sup>a)</sup>, ovium et salis de patella Admuntensi et porcorum, qui de Marchia adducuntur, et plura alia, que in ipsis privilegio plenius sunt expressa \* et in privilegio Romani iunioris eodem modo repetenti et ab eodem aliis quibusdam adiectis suo tempore studiose servata et confirmata exemplo Romani senioris, ut \* premissum est, nec non supradicti Hilteboldi diligenter recognovimus. Qui etiam Romanus senior litem inter eosdem fratres et Popponem de Waldekke castro et nemore Wizpriach suam auctoritatem interponens composuit et compositam privilegiavit et postmodum procurante Ottone preposito et capitulo Gurensi \* Innocentius papa tertius \* apud Lateranum compositionem factam de predicto castro Waldekke apostolica auctoritate confirmavit. Huic \* Romano \* successit Hainricus \* primus, qui super alpes \* ecclesiam \* in honore sancte Marie \* sanctique Iohannis baptiste et aliorum sanctorum consecravit. Sed quia Gurcenses timebant in communitate nemorum et aliarum possessionum suarum occasione dicte ecclesię aliquo tempore preiuditium incurgere, ostensis privilegiis supra dictorum pontificum terminos ibidem ad ipsum arbitrium limitavit. Privilegium \* eiusdem Hainrici super commutatione decime in Chrowich et predii Chulm et Tramnich et predii sancti Nycolai et \* Mitnich ratum esse volumus. \* Similiter \* privilegium Ditrici episcopi felicis memorie de domo apud Frisacum et agrorum iuxta Gurcam et aliorum, que ibi scripta sunt, aprobamus. Item privilegium Romani episcopi iunioris super commutatione prediorum apud Tinach et

aput Rinekke pro manso in Rainesperch et \* beneficio Burchardi et dotis sancti Thome in cripta Gurk aprobatum esse volumus. \* Nichilominus privilegia Ekkehardi episcopi de decimis in Motniz nec non de predio Zeidich ecclesie Gurcensi collatis inconvulsa servari decernimus. Privilegium etiam confirmationis Uvaltheri episcopi super his omnibus nec non \* actum eius scilicet de commertio pro predio, quod apud Chunendorf iuxta Mvrām a duobus fratribus videlicet Winthero et Gotfrido de Chronowe ministerialibus Hainrici marchionis Hystrie pro centum ac decem marcis comparatum privilegioque ipsius marchionis roborum Gurcensibus canonici \* contulit \*, nec non et confirmationem eiusdem Waltheri super prepositura in valle sancte Marie Giriowe et reliqua in ipsius cyrografo sub titulo confirmationis comprehensa et in privilegio Hainrici episcopi predecessoris nostri denuo confirmata superaddito alio eiusdem Hainrici de iugeribus in Gurk privilegio pro curia in Austria commutatis eisdem canonici cuncta sub sancte dei genitricis Marie, cuius obsequio mancipata sunt, patrocinio tuenda committimus et sub nostram protectionem divino comitate auxilio munienda suscipimus. Si quis vero sucessorum nostrorum vel alias aliquis tantorum auctoritati patrum nostreque confirmationi ausus fuerit contraire sacraque instituta temerario ausu infringere, deo et sancte Marie hic et in extremo terribili examine \* committimus \* ulciscendum et presentem confirmationis nostre paginam sigilli nostri munimine roboramus.

<sup>a)</sup> A. – <sup>b)</sup> Zwischen ho und minibus Spatium wegen Lücke im Pergament A.

## GURK 35 (3, N32)

1224 März 29, Straßburg

Bischof U(lrich) [I.] von Gurk bestätigt, dass Ortolf von Rabensberg (sw. Cilli) von Engelbert von Straßburg und dessen Frau Elsbeth Güter zu Harde aus der Erbschaft Elsbeths um 50 Mark Friesacher gekauft hat.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1176 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 70v–71r Nr. 132 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1176\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1176_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite). — Jaksch, MDC I (1896), Tafel 2 Abb. 17 (nur Siegel Bischof Ulrichs). — <http://gams.uni-graz.at/o:epis.gu-20> (nur Siegel Bischof Ulrichs). — Höfer/Feiner, Siegel (2022), S. 260–261 Nr. gu-20 (nur Siegel Bischof Ulrichs).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 382–383 Nr. 498 (aus A), mit Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 138 Nr. 1867. — Zahn, StUB III (1903), S. 37–38 Nr. 32 (nach Jaksch).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22, 1860), S. 363 Nr. 802. — Kos, Gradivo V (1928), S. 199–200 Nr. 390. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 67 Nr. 32.

Lit.: Pirchegger, Lemberg und Rabensberg (ZHVSt 3, 1905), S. 40. — Pirchegger, Herrschaften Gurks (1956), S. 15 (Anm. 43). — Peschl, Gurk (1965), S. 187. — Fresacher, Ende der Edlinger (1984), S. 60. — Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 266, 267 (Anm. 551). — Kos, Burg (2006), S. 317, 465 (Anm. 1344).

Laut Jaksch, MDC I, S. 382, „verfasst und geschrieben von Heinrich“. Zu diesem siehe Jaksch, MDC I, S. XXIII, und Haider, Kapelläne (Car I 206, 2016), S. 111.

An Pergamentstreifen rückwärts eingehängt das Siegel Bischof Ulrichs. Siehe monasterium, Jaksch, MDC I, Tafel 2 Abb. 17, und GAMS = Höfer/Feiner, Siegel, S. 260–261 Nr. gu-20.

Ediert nach A.

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis, amen ‡. Uv(lricus) dei gratia Gurcensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus salutem in eo, qui est vera salus omnium. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat aut pereat, discretorum virorum prudentia solet etas per litteras eternare et universa negotia mandata scriptis ex earum trahunt memoria firmamentum. Sciant ergo quicumque presentem viderint paginam tam presentes quam futuri, quod dominus Ortolfus de Rauensperch apud Engelbertum de Strazburch et uxorem suam dominam Elsbetam partem hereditariam, scilicet uxoris sue bona in Harde pro L marcis Frisacensis monete comparavit. Insuper, ne processu temporis dictus dominus O(rtolfus) aliqua fraude possit in eisdem bonis pregravari sive inpeti, dictus E(ngelbertus) et uxor eius talem sibi prestiterunt securitatem, quod, si dicta bona tuere sibi nequierint, prenominatus E(ngelbertus) et uxor<sup>a)</sup> sua domino O(rtolfo) LX marcas eiusdem monete persolvant et antiqua proprietas earumdem bonorum ad ipsos recurrat. Tamen, ne processu temporis dicto domino O(rtolfo), si ita contingat, in ipsa cultura sive plantacione vinearum aliquid de suis rebus pereat<sup>b)</sup>, omnia de suis apposita auferre debet<sup>c)</sup>, de hiis autem, que auferre non potest, ipse E(ngelbertus) sibi faciat recompensationem. Verum quia revocari non potest, quod interventu laudabilium virorum factum<sup>d)</sup> est, dominus Ditricus pater eius et dominus Engelbertus et dominus Engelramus filii vicedomini de toto facto pro<sup>e)</sup> sepe nominato E(ngelberto) et uxore sua fideiussrunt<sup>a)</sup>. Ut autem que facta sunt in irritum non possint revocari, presentem paginam impressione sigilli nostri mu[n]imine<sup>f)</sup> roboravimus. Huius rei testes sunt ipsi fideiussores, dominus Hartwicus vicedominus dapifer et filius eius dominus Hartwicus, dominus Hartwicus Rufus, dominus Perhtoldus pincerna, Vîrouge, dominus Alexander et frater eius Guntherus, dominus Lutoldus purgravii in Strazb(urch), Gotscalcus magister coquine, Prennarius et Perengerius milites vicedomini, de Motniz dominus Herbrandus<sup>g)</sup> et dominus Gotpoldus et Ekkehardus, de Albeke dominus Perengerius et dominus Hainricus, Vlricus de Lieben(be)rch<sup>h)</sup> et filius eius Wîkerus, Chunradus de Sunnenberch, Hainricus de Suozenhaim, Wluingus et fratres eius Hainricus et Perhtoldus de Wîtenstane, Chunradus d[e]<sup>i)</sup> Razel, dominus Herbordus de Ortenburch, dominus Hainricus de Nouo Castro et alii quam plures.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M CC XXIIII°, IIII kal. april., anno pontificatus nostri secundo, apud Strazburch, feliciter amen.

<sup>a)</sup> A. – <sup>b)</sup> per verbessert aus de A. – <sup>c)</sup> debet auf Rasur, verbessert aus i . . s A. – <sup>d)</sup> c über der Zeile A. – <sup>e)</sup> pro nachträglich eingefügt A. – <sup>f)</sup> Zwischen mu und imine Spatium wegen Lücke im Pergament, n entfallen A. – <sup>g)</sup> Zweites r nachträglich eingefügt A. – <sup>h)</sup> Liebenrch mit Kürzungsstrich durch den Schaft von b A. – <sup>i)</sup> d A.

## GURK 36 (2, 229)

1225 [gegen Ende ?], bei der Draubrücke bei Montferrar  
Patriarch Berthold von Aquileia kommt mit Bischof [Ulrich I.] von Gurk hinsichtlich der Ehe  
und Nachkommenschaft des Aquileier Ministerialen Heinrich von Windischgraz mit einer  
Gurker Ministerialin überein.

Hss.: *Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 29v–30r Nr. 56 (B).*

Edd.: Zahn, *StUB II* (1879), S. 320–321 Nr. 229 (aus B), zu 1225. — Jaksch, *MDC I* (1896), S. 384–385 Nr. 500 (aus B), zu 1225, dazu *Berichtigung Jaksch, MDC II* (1898), S. 5 Nr. 500, mit Jaksch, *MDC IV/I* (1906), S. 151 Nr. 1895, zu 1225 (Dezember). — Bernhard, *Doc. patriarchalia* (2006), S. 193–194 Nr. P 16 (aus B), zu 1225.

Reg.: Bianchi, *Documenta (AKÖGQ 21, 1859)*, S. 200 Nr. 82, zu 1225. — Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22, 1860)*, S. 368–369 Nr. 819, zu 1225 (Auszug). — Tangl, *Suneck (MHVSt 10, 1861)*, S. 145–146, zu 1225. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 216–217 Nr. 432 (Auszug), zu 1225 (Dezember). — Puschnig, *Urkundenwesen* (1933), S. 16 Nr. 96, zu 1225. — Kos, *Celjska knjiga listin I* (1996), S. 36 Nr. 12 (Auszug), zu 1225. — Weiss, *Städtewesen* (2002), *Quellen-CD-Rom* (Auszug), zu 1225.

Lit.: Tangl, *Windischgratz (MHVSt 12, 1863)*, S. 156–157, zu 1225. — Felicetti, *Steiermark I (BKStGQ 9, 1872)*, S. 58 Anm. 191, zu 1225. — Trstenjak, *Windischgraz (Kres 1, 1881)*, S. 417–418, zu 1225. — Pirchegger, *Lemberg und Rabensberg (ZHVSt 3, 1905)*, S. 40. — Kos, *Oglejski patriarchi (ČZN 13, 1917)*, S. 8–9, 31, 32, zu 1225. — Paschini, *Bertoldo (MSF 15, 1919)*, S. 41. — Mravljak, *Dravograd I* (1932), S. 23, zu 1225. — Koropec, *Slovenj Gradec (ČZN NV 14/1, 1978)*, S. 18, zu 1225. — Kos, *Burg* (2006), S. 423.

Die zeitliche Einengung auf Dezember bei Jaksch, *MDC IV/I*, S. 151, und in der Folge auch Kos, *Gradivo V*, S. 216, beruht vermutlich auf dem Umstand, dass Patriarch Berthold laut Schroll, *UB St. Paul (FRA II/39, 1876)*, S. 116 Nr. 47, am 9. Dezember 1225 in Windischgraz belegt ist. Für die Zuweisung dieser letzteren (ohne Jahresangabe versehenen) Urkunde (mit dem Ausstellungsort Grez) ins Jahr 1225 ist für Schroll der belegte Aufenthalt des Patriarchen am 13. Jänner 1226 in Windischgraz (Edd. in Schroll, *UB St. Paul*, S. 116–117 Nr. 48) ausschlaggebend. Von Jaksch, *MDC IV/I*, S. 271–272 Nr. 2185, allerdings wurde letztere Urkunde, wenn auch ohne nähere Begründung, zu 1239 gestellt. Für Jaksch war hierbei möglicherweise der Umstand ausschlaggebend, dass Patriarch Berthold am 2. November 1239 in Sittich belegt ist und dort mit demselben Siegel gesiegelt hat, siehe seinen entsprechenden Verweis auf Jaksch, *MDC IV/I*, S. 270–271 Nr. 2184.

Der Ausstellungsort der vorliegenden Urkunde ist nicht eindeutig zu bestimmen. Tangl, *Windischgratz (MHVSt 12)*, S. 157, vermutet hinter Montferrar den „südwestlich von Unterdrauburg, wo eine Brücke über die Drau führt, jenseits dieses Flusses gelegene[n] Ort Tscherberg“, da die unweit davon liegende Ortschaft Železniki durch ihren Namen auf einen Eisenberg zu deuten scheint. Vgl. auch Trstenjak, *Windischgraz (Kres 1)*, S.

418. Zahn, StUB II, S. 321, gibt als Ausstellungsort „Eis bei Völkermarkt“ ohne weitere Erläuterung an.

Zur Überlieferung: Zahn, StUB II, S. 322, führt „Copialb. v. Gurk (14. Jahrh.) f. 29‘, und Cod. 142/10 f. 29‘ (15. Jahrh.)“ an. Dabei handelt es sich um eine irreführende Verdoppelung des Gurker Kopialbuchs II, auf dessen barockem Titelschild sich noch die ältere Signatur 142/10 findet; schriftliche Auskunft aus dem KLA vom 4. November 2020.

Ediert nach B.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Quociens aliquid agitur dignum recordacione, caustum est, ut scripto memorie commendetur. Eapropter nos<sup>a)</sup> Bertoldus dei gracia sancte Aquilegensis sedis patriarcha universis, ad quorum noticiam presentis scripti tenor pervenerit, cupimus esse notum, quod cum Hainricus ministerialis noster de Gretzz quondam ministerialem venerabilis in Christo fratrī nostri Gurcensis episcopi de nostro et ipsius episcopi consensu duceret in uxorem, taliter episcopo convenimus cum eodem, quod omnes pueri, quos Hainricus ex illa habuerit, masculi videlicet et femine, si pares numero erunt, inter nos equaliter dividantur, si autem impares fuerint, maior estate noster debet esse et alii equaliter dividentur. Si vero unum puerum tantum habebunt, noster erit sive masculus sive femina sit, sed prefati episcopi accipere matrimonialiter ministerialem debebit, et illius pueri inter nos equaliter dividentur. Insuper omnem donacionem bonorum, quam Hainricus prefate uxori sue pro dote sua fecerit causa nupciarum, ratam habebimus et firmam curabimus conservare tali condicione, quod omnes pueri, quos simul habebunt, in omnibus bonis paternis et maternis indifferenter succendent sine nostra et ipsius episcopi contradicione. Actum anno domini M° CC° XXV, iuxta pontem Drawe apud Montferrar, sub testimonio Bertholdi plebani de Gretz, Conradi de Saunec, Wolschalci de Rabensberch, Engelrammi et Engelbrechti fratrum de Strazburch et aliorum quam plurimorum. Quod ut securius credatur et maneat inconvulsum, hanc inde cartam scribi fecimus et nostri sigilli munimine duximus roborari.

<sup>a)</sup> Davor B (von irrtümlich begonnenem Bertoldus) durch daruntergesetzten Punkt getilgt B.

## GURK 37 (2, 243)

1227 Oktober 9

Bischof U(lrich) [I.] von Gurk verpfändet dem Propst [Siegfried] von Gurk eine Hube in Metnitz, da der Propst ihm, auf seine Bitte hin wegen der großen Not des Bistums, 13 Mark geliehen hat (nämlich den Erlös einer verkauften Hube in Graslupp).

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1144 (A). — Abschrift Ende 13. Jh. in Klagenfurt, KLA, GV-Hs, A 2/25-1, fol. 71v–72r Nr. 135 (B).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1144\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1144_St/charter) (samt Hängesiegel).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 333–334 Nr. 243 (aus A). — Jaksch, MDC I (1896), S. 397 Nr. 513 (aus A), mit Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 164 Nr. 1934–5. — Zahn, StUB III (1903), S. 41 Nr. 35 (nach Jaksch).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 27, 1861), S. 174 Nr. 835.

Lit.: Peschl, Gurk (1965), S. 193. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 88 Anm. 14. — Sonnleitner, Bischofliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 266 (Anm. 548).

Laut Jaksch von demselben Schreiber wie Urkunde Nr. GURK 38.

Eine weitere Urkunde (Nr. GURK 38) von demselben Tag handelt ebenfalls von dieser Verpfändung.

Im oberen Teil schlecht erhaltenes Hängesiegel Bischof Ulrichs an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A, (wegen Lücke in A) mit B.

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis †. W(lricus) dei gratia Gurcensis ecclesie episcopus omnibus hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Prudentum interesse dinoscitur, ut quecumque gesserint auctoritate testium et scripture communiant, ne quo modo possint ab aliquo revocari. Vestre universitati duximus declarandum, quod dominus prepositus Gurcensis ad petitionem nostram quemdam mansum apud Graslup vendidit tredecim marcis, quas nobis in utilitatem Gurcensis ecclesie erogavit ea videlicet condicione, quod nos mansum in Motniz annuatim libram reddentem ad recompensandum denarios datos ipsi porrexiimus in proprietatem eo tenore, quod si ego aut successor meus quicumque ipsi tredecim marcas restituerit, proprietas mansus in episcopalem iuriditionem<sup>a)</sup> revertatur. Huius rei testes sunt Godefridus decanus, Gebhardus plebanus, Wl[ricus, Si]fridus<sup>b)</sup>, Fridericus canonici, Poppe plebanus in Celsach, Engelbertus et frater eius Engelrammus de Strasburch, Hartwicus Rufus et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini M° CC° XXVII°, VII id. octobris.

<sup>a)</sup> A. — <sup>b)</sup> Lücke in A ergänzt aus B.

## GURK 38 (2, 244)

1227 Oktober 9

Bischof U(lrich) [I.] von Gurk verpfändet dem Propst S(iegfried) und dem Kapitel von Gurk für die ihm auf seine Bitte hin wegen der großen Not des Bistums geliehenen sieben Mark Einkünfte in Graslupp Einkünfte in gleicher Höhe in Metnitz.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1143 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1143\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1143_St/charter) (samt Hängesiegel).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 334–335 Nr. 244 (aus A), mit fehlerhaft wiedergegebener Jahresangabe. — Jaksch, MDC I (1896), S. 397–398 Nr. 514 (aus A), mit Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 164 Nr. 1934–5.

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 27, 1861), S. 174 Nr. 835.

Lit.: Obersteiner, *Bischöfe von Gurk* (1969), S. 88 Anm. 14. — Sonnleitner, *Bischöfliches Selbstverständnis* (AfD 37, 1991), S. 266 (Anm. 548). — Kos, *Burg* (2006), S. 393 (Anm. 729), 400 (Anm. 797).

Laut Jaksch von demselben Schreiber wie Urkunde Nr. GURK 37.

Eine weitere Urkunde (Nr. GURK 37) von demselben Tag handelt ebenfalls von dieser Verpfändung.

Im oberen Teil schlecht erhaltenes Hängesiegel Bischof Ulrichs an Pergamentstreifen.  
Siehe monasterium.

Ediert nach A.

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis †. W(lricus) dei gratia Gurcensis ecclesie episcopus omnibus hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Ne presentis etatis negotia consumat oblivio, literarum solent indicis eternari. Hinc est, quod vobis notificamus, dominum S(ifridum) prepositum Gurensem cum capitulo ad petitionem nostram pro maxima necessitate episcopatus nostri reditus prepositione sue septem marcarum apud Graslp exposuisse. Ne vero predictum capitulo ex tali obligatione iacturam aliquam sustineat, ipsi capitulo et preposito in recompensationem septem marcarum reditus apud Motniz assignavimus ea scilicet conditione, ut idem reditus apud Motniz assignati eisdem deserviant integre atque plene, quoisque nos reditus in Graslp pro nobis obligatos ab obligationis vinculo denodemus. Huius rei testes sunt Godefridus decanus, Gebhardus plebanus, Wlricus, Sifridus, Fridericus canonici, Popo plebanus in Celsah, Engelbertus et frater eius Engelrammus de Strasburch, Hertwicus Rufus et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini M° CC° XVII°, VII° id. octobris.

## GURK 39

1234, Meiselding

Bischof Ulrich [I.] von Gurk und Herzog Bernhard von Kärnten bestätigen, dass Leutold und seine Söhne Popo und Ulrich von Peggau in Gegenwart des Bischofs, des Herzogs und des Kapitels von Gurk auf ihre Ansprüche auf des Gut und die Leute in Albeck verzichtet haben. Für den Fall des Vertragsbruchs unterwerfen sie sich einer Buße von 600 Mark und der päpstlichen Exkommunikation.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1153 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1153\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1153_St/charter) (samt Hängesiegel). — Anthony von Siegenfeld, *Steirischer Uradel* (1893), Tafel 6 (Siegel 1, 2, 7 und 8), Tafel 7 (Siegel 3).

Edd.: Jaksch, *MDC II* (1898), S. 15 Nr. 545 (aus A).

Reg.: Tangl, *Grafen von Pfannberg I* (AKÖGQ 17, 1857), S. 254. — Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten* (AKÖGQ 32, 1865), S. 176–177 Nr. 925. — Schumi, *UB Krain II* (1887), S. 62 Nr. 85. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 297–298 Nr. 622. — Kos, *Celjska knjiga listin I* (1996), S. 44–45 Nr. 23.

*Lit.: Aelschker, Geschichte Kärntens 1 (1885), S. 293. — Mell, Steirische Privaturkunde (1911), S. 61. — Jaksch, Geschichte Kärntens 1 (1928), S. 376–377. — Lessiak, Ministerialität (Car I 145, 1955), S. 278. — Dopsch, Landherren (1968), S. 68, 73. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 90–91. — Koropec, Rogatec (ČZN NV 10/1, 1974), S. 47. — Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens 1 (1984), S. 232. — Kos, Grb in mit (ZČ 56/3–4, 2002), S. 315–317. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 141, 142.*

*Von den langandauernden Auseinandersetzungen zwischen Gurk und den Peggau-Pfannbergern um das Albecker Erbe handeln die Urkunden Nr. GURK 39, GURK 40, GURK 41, GURK 42, GURK 43 und GURK 49. Siehe auch die detaillierte Zusammenfassung des Ablaufs bei Obersteiner, Bischöfe von Gurk, S. 90–92, und (zum Prozess) Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 125–126. Jaksch, MDC II, S. 18 Nr. 548, führt des Weiteren als eigenständige Nummer, dass Propst Gebhard von Gurk 1235 auf einem von Herzog Bernhard von Kärnten angesetzten Gerichtstag zu Völkermarkt fünf Tage lang vergeblich auf seinen Gegner Ulrich von Peggau gewartet hat. Diese Nummer wurde hier nicht aufgenommen, da kein urkundlicher Charakter dieser Mitteilung festzustellen ist.*

*1. Hängesiegel Ulrichs von Montpreis an Pergamentstreifen. 2. Hängesiegel Heinrichs von Rohitsch an Pergamentstreifen. 3. Beschädigtes Hängesiegel Konrads von Sannegg an Pergamentstreifen. 4. Hängesiegel fehlt. 5. Hängesiegel Bischof Ulrichs an Pergamentstreifen. 6. Hängesiegel Herzog Bernhards von Kärnten (Jaksch: Stempel 2) an Pergamentstreifen. 7. Hängesiegel Leutolds von Peggau an Pergamentstreifen. 8. Hängesiegel Poppos von Forchtenberg an Pergamentstreifen. Siehe monasterium sowie Anthony von Siegenfeld, Steirischer Uradel, Tafel 6 (Siegel 1, 2, 7 und 8), Tafel 7 (Siegel 3).*

*Ediert nach A.*

In nomine sancte et individue trinitatis, amen.<sup>a)</sup> Wlricus dei gracia Gurcensis ecclesię episcopus, Bernhardus eadem gracia dux Karinthię cunctis Christi fidelibus salutem in eo, qui est vera salus. Virorum prudentum interesse dinoscitur, ut quecumque gesserint, auctoritate scripture et testium confirment, ne processu temporis per exortam oblivionis caliginem a memoria hominum evanescant. Sciant ergo presentes et posteri, quod nobiles viri Leutoldus et Popo et Wlricus filii eius de Peccach ab impetione, quam adversus ecclesiam Gurensem habebant super predio et hominibus in Albekke, totaliter sacramento interposito nobis presentibus et capitulo Gurensi cesserunt et, ne in irritum ab aliquo posterum illorum revocari vel ecclesia impeti possit in futurum, ad maiorem cautelam caucionem fideiussoriam sexingentarum marcarum ecclesię nostrę per honestos viros subnotatos exposuerunt se et heredes eorum ad id persolvendum iuramento obligaverunt. Adiecerunt eciam sacramento interposito, quod fideiussores nobis expositos in forma iudicii sive civili seu ecclesiastico per sentenciam absolvi non petant nec causam nobis super predicto predio amplius opponant nec aliquod aliud gravamen hominibus seu rebus ecclesię nostre inferant. Si quas vero inimicicias quocumque modo interposito habebant contra ecclesiam nostram, iuramento firmato et adiecto totaliter pro se et omnibus eorum amicis remiserunt. Et quia plures nobis et ecclesię nostrę de consanguinitate ac progenie illa super ipso predio infesti existunt, promiserunt sub pena p[redic]ta<sup>b)</sup>, quod nomine illorum et occasione ecclesiam nostram in hominibus seu

rebus non ledant, nisi rationabilem et evidentem causam casu fortuitu interveniente ad aliquem specialiter pretendant. Subiecerunt eciam se nobiles viri predicti L(eutoldus) et P(opo) et W(olricus) filii eius cum posteris eorum sentencię excomunicacionis domini pape, si fraude vel dolo vel quocumque modo prenotatos articulos infringere attemptaverint, et nichilominus penam sexingentarum marcarum fideiussores nobis ab ipsis expositi vel heredes eorum, si quis pro tempore decesserit, a die, quo ipsis preceperimus per sacramentum, usque ad dimidium annum persolvant. Hii sunt fideiussores: Bernhardus dux Karinthię pro C marcis, Chünradus de Lengenburch pro C marcis, Chünradus de Owersperch pro CC marcis, Heinricus de Rohatsch pro L marcis, Wlricus de Muntparis pro L marcis, Heinricus de Silberberch pro C marcis. Verum quia predictus B(erhardus) dux iudex ordinarius terre hiis omnibus interfuit et discordiam inter nos habitam ad concordiam revocavit, predicti nobiles L(eutoldus) et P(opo) et W(olricus) ab ipso cum instancia pecierunt, quod ecclesiam Gurensem ipse et heredes ipsius contra ipsos manutenerent et indempnem conservarent ac fideiussores ad persolvendam pecuniam compellerent, quod et fide data promisit, si condiciones premissae per ipsos quoquo modo interrupte fuerint seu violate. Huius rei testes sunt Gebhardus prepositus Gurensis, Wlricus canonicus, Hartwicus plebanus de Lubdingen, Offo de Chiēnburch, Chünradus de [C]etze<sup>b)</sup>, Heinricus de Chrewich, Chünradus de Lebnach, Gotfridus, frater suus Arnoldus et Wlricus de Hafnerburch, Chuno de Vriberch, Iacobus de Zeboy, Swikerus de Vrowenstein, Gotfridus<sup>c)</sup> de Rammenstein et alii quam plures, omnes eciam Gurensis ecclesie ministeriales meliores. Acta<sup>d)</sup> sunt hec apud plebem Meizeltich, anno ab incarnatione domini M° CC° XXXIII°, indictione VII, feliter<sup>e)</sup> amen.

<sup>a)</sup> In nomine – amen in Majuskeln A. – <sup>b)</sup> Nicht mehr vollständig erkennbar A. – <sup>c)</sup> Pergament am rechten Rand mank A. – <sup>d)</sup> Davor Paragraph-Zeichen A. – <sup>e)</sup> feliter statt feliciter A.

## GURK 40

(1235) Dezember 18, Viterbo

Papst Gregor [IX.] beauftragt auf Bitte des Propstes [Gebhard] und des Kapitels von Gurk den Abt von Viktring, den Abt [Otto] von Millstatt und Propst [Ulrich] von Völkermarkt, in dem schon von Abt [Ludwig] von Rein und dessen Mitrichtern untersuchten Streit zwischen Propst und Kapitel von Gurk einerseits und Ulrich von Peggau andererseits um diverse (nicht näher genannte) Besitzungen, die letzterer fälschlicherweise als Pfand innezuhaben behauptete, je nach Sachlage zu entscheiden.

Hss.: Insert in Urkunde Nr. GURK 41 (B).

Edd.: Jaksch, MDC II (1898), S. 18–19 Nr. 549 (aus B).

Lit.: Roscher, Viktring (1953), S. 47. — Dopsch, Landherren (1968), S. 68. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 125–126.

Die Identifizierung des Abtes von Viktring kann nicht mit Sicherheit erfolgen. In Urkunde Nr. GURK 41, in welcher die päpstlich delegierten Richter Ulrich von Peggau in der vorliegenden Streitsache auf den 14. April nach Völkermarkt laden, ist der Anfangsbuchstabe des Namens heute wegen der abgerissenen oberen Ecke des Pergaments nur noch zum Teil erhalten. Jaksch, MDC II, S. 19, Nr. 551, vermerkt keine

*Probleme bei der Lesart und ediert „N(icolaus) abbas de Victoria“. Entsprechend führt er daher auch bei Urkunde Nr. GURK 43 zur Angabe über den fehlenden, namentlich nicht genannten, dritten Richter an: „Abt Nicolaus von Victring, welcher also vor 2 Mai 1236 gestorben ist.“ Siehe Jaksch, MDC II, S. 552, Nr. 20; so auch Stelzer, Gelehrtes Recht, S. 126. Laut der Äbteliste bei Roscher, Viktring (1953), S. 260, ist Abt Nikolaus I. jedoch zuletzt am 9. Juni 1217 belegt (entsprechend auch Jaksch, MDC IV/2 [1906], Register S. 965), auf diesen folgten laut Roscher Konrad III. (1220–1224) und Thomas (nachweisbar bis zum 15. Dezember 1226, gestorben wohl am 17. September 1235). In einer von Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 224 Nr. 2099, dem Jahr 1235 zugeordneten Urkunde finden wir einen Abt Johannes von Viktring. Abt Arnold schließlich ist zuerst 1236 (Jaksch, MDC IV/1, S. 230–231 Nr. 2117) belegt, zuletzt im Jänner 1238 (Jaksch, MDC IV/1, S. 253–254 Nr. 2158). Einen Abt namens Nikolaus gab es laut der Äbteliste bei Roscher, Viktring (1953), S. 263, erst wieder 1293–1303. Vgl. auch die Abtreihe bei Wappis, Abtreihe (1992), S. 147, die weitestgehend den umfangreicheren Darstellungen Roschers entspricht, jedoch keinen Abt Johannes (zu 1235) führt. Demnach ist entweder der undeutliche Anfangsbuchstabe in Urkunde Nr. GURK 41 entgegen Jaksch nicht als N zu lesen oder es gab einen weiteren, anderweitig nicht belegten Abt namens Nikolaus, der vor Abt Arnold dieses Amt innehatte.*

*Zu den langandauernden Auseinandersetzungen zwischen Gurk und den Peggau-Pfannbergern um das Albecker Erbe siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 39.*

*Ediert nach B.*

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis de Victoria Cisterciensis et de Milstat sancti Benedicti ordinum abbatibus et preposito ecclesie de Volchenmarchet Salzpurgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii prepositus et capitulum Gurcensis ecclesie petitione<sup>a)</sup> monstrarunt, quod cum nobilis vir W(lricus) de Pecach Salzpurgensis diocesis contra eos super quibusdam terris, possessionibus et rebus aliis, quas falso dicebat eosdem titulo pignoris detinere, ad abbatem de Reuna et eius coniudices nostras literas impetrasset, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum coram eis, quod cum idem nobilis tempore impetracionis literarum ipsarum teneretur ex alia causa vinculo excomunicacionis astrictus, quod erant incontinenti probare parati, earum auctoritate de iure procedere non debabant. Et quia dicti iudices excepcionem huiusmodi admittere contra iusticiam denegarunt, ipsi sencientes indebit se gravari duxerunt ad nostram audienciam appellandum atidem legitima ipsorum appellacione contempta partem alteram<sup>b)</sup> in possessionem petitorum perperam induxerunt. Ideoque discrezioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus si est<sup>c)</sup> ita, revocetis in statum debitum quidquid post huiusmodi appellacionem inveneritis temere attemptatum, alioquin partes ad priorum iudicium remittatis examen, appellantes in expensis legitimis condempnando<sup>d)</sup>. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio<sup>e)</sup> vel timoris [causa]<sup>f)</sup> subtraxerint, per censuram ecclesiasticam cessante appellacione cogatis veritati testimonium perhibere<sup>g)</sup>. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus<sup>h)</sup> exequantur. Dat. Viterbii, XV kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno nono.

<sup>a)</sup> petitionem statt peticione B. – <sup>b)</sup> Folgt pet durch daruntergesetzte Punkte getilgt B. – <sup>c)</sup> est nachgetragen B. – <sup>d)</sup> condempnando verbessert aus condempdando B. – <sup>e)</sup> o verbessert aus u B. – <sup>f)</sup> causa ausgelassen B. – <sup>g)</sup> peribere statt perhibere B. – <sup>h)</sup> nichilhominus statt nihilhominus B.

## GURK 41

[1235 Dezember 19 – 1236 vor April 14]

*Der Abt von Viktring, Abt O(tto) von Millstatt und Propst U(lrich) von Völkermarkt zitieren als päpstlich delegierte Richter Ulrich von Peggau in dessen Streitsache mit dem Domkapitel von Gurk auf den 14. April nach Völkermarkt.*

*Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1480 (A).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1480\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1480_St/charter) (samt Hängesiegel), zu 1236.*

*Edd.: Jaksch, MDC II (1898), S. 19 Nr. 551 (aus A), zu 1236 Jänner–März.*

*Reg.: Kos, Gradivo V (1928), S. 305–306 Nr. 646, zu 1236 Jänner–März.*

*Lit.: Dopsch, Landherren (1968), S. 68. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 126, zu ca. 1236 Jänner–März.*

*Der terminus post quem ergibt sich aus der inserierten päpstlichen Littera von 1235 Dezember 18 (= Urkunde Nr. GURK 40), der terminus ante quem aus der Vorladung nach Völkermarkt auf den 14. April. Letzterer Termin gilt unter dem Vorbehalt, dass nicht mit Sicherheit festzustellen ist, welcher Abt von Viktring gemeint ist, siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 40.*

*Zu den langandauernden Auseinandersetzungen zwischen Gurk und den Peggau-Pfannbergern um das Albecker Erbe siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 39.*

*1. Hängesiegel des Abtes von Viktring an Pergamentstreifen. 2. Hängesiegel des Abtes von Millstatt an Pergamentstreifen. 3. Hängesiegel des Abtes von Völkermarkt an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

N(icolaus)<sup>a)</sup> abbas de Victoria, O(tto) abbas Milstatensis, Vl(ricus) prepositus de Volchenmarchet viri religiosi iudices a sede aposto[lica]<sup>b)</sup> delegati nobili viro domino Vl(rico) de Pecach salutem et in eo, qui est vera salus. Mandatum domini apostolici sepius per nos et mandatum nostrum et mandatum domini archiepiscopi iudicis ordinarii nec non prepositi Patauiensis quibus iniunximus, ut vos ab iniuria et lesionе Gurcensis ecclesie removeret, secundum quod placuit vobis, pro velle vestro sprevistis. Ne vero ecclesia Gurcensis in iudicio nobis a sede apostolica commissa in iure suo depereat, literas domini apostolici rescriptas<sup>c)</sup> vobis transmittimus sub hac forma:

*[Es folgt Urkunde Nr. GURK 40.]*

Quia vero ad instanciam<sup>d)</sup> et petitionem Gurcensium a iuris ordine<sup>e)</sup> desistere non valemus nec tenemur, auctoritate qua fungimur vobis precipiendo mandamus, quatinus<sup>f)</sup> XVIII kal. maii coram nobis compareatis in Volchemmarcht<sup>c)</sup> in plebezana ecclesia sancti Rudberti ipsis

super obiectis de illatis iniuriis responsurus. Quod si non feceritis, nos de iure, quantum poterimus, procedemus.

<sup>a)</sup> Lesung nach Jaksch, Buchstabe wegen abgerissener Ecke heute nur noch zum Teil erhalten A. – <sup>b)</sup> Pergament in rechter oberer Ecke mank A. – <sup>c)</sup> A. – <sup>d)</sup> ia mit Abkürzungszeichen auf Rasur A. – <sup>e)</sup> rd auf Rasur, danach am Beginn der nächsten Zeile etwa drei Buchstaben radiert A. – <sup>f)</sup> Folgt durchgestrichenes Oc A.

## GURK 42

[vor 1236 Mai 2]

*Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg exkommuniziert in der Streitsache zwischen dem Domkapitel von Gurk und Ulrich von Peggau den letzteren.*

Hss.: Erwähnt in Urkunde Nr. GURK 43.

Edd.: Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 666 D Nr. 147 (Druck der erwähnenden Stelle).

Lit.: Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 126.

Zu den langandauernden Auseinandersetzungen zwischen Gurk und den Peggau-Pfannbergern um das Albecker Erbe siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 39.

## GURK 43

1236 Mai 2, Friesach

*Abt Ulrich von Millstatt und Propst U(lrich) von Völkermarkt heben als päpstlich delegierte Richter aufgrund des Einspruchs Friedrichs, des Prokurator des Propstes und Kapitels von Gurk, einen von Abt [Ludwig] von Rein und dessen Mitrichtern in dem Streit zwischen Gurk und Ulrich von Peggau zugunsten letzteren widerrechtlich gefällten Urteilsspruch auf, nachdem Ulrich von Peggau trotz dreimaliger Ladung nie vor ihnen erschienen war.*

Hss.: Original in Graz, StLA, AUR-519c (A).

Abb.: <https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1067295> (samt Hängesiegeln).

Edd.: Jaksch, MDC II (1898), S. 20 Nr. 552 (aus Abschrift 18./19. Jh. in St. Paul, StiA, Hs. 987b, S. 243–244).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 181 Nr. 940. — Kos, Gradivo V (1928), S. 308 Nr. 650.

Lit.: Schroll, Geschichte Milstat (AVGT 17, 1894), S. 16. — Weinzierl, Millstatt (1951), S. 111. — Dopsch, Landherren (1968), S. 68. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 126. — Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens I (1984), S. 409.

Laut Jaksch, MDC II, S. 20, bezieht Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten, S. 181, die Worte tempore impetum ab excommunicato forent impetrare wohl (zu Unrecht) auf Kaiser Friedrich II., wenn er ausführt, dass Ulrich von Peggau Urkunden „zur Zeit der

*Klage von dem gebannten Kaiser erlangt habe“.* Die angesprochene Exkommunikation ist aber wohl jene Ulrichs selbst (siehe Urkunde Nr. GURK 42), so auch Stelzer, *Gelehrtes Recht*, S. 126.

Zu den langandauernden Auseinandersetzungen zwischen Gurk und den Peggau-Pfannbergern um das Albecker Erbe siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 39.

1. Hängesiegel Abt Ulrichs von Millstatt an Pergamentstreifen. 2. Hängesiegel Abt Ulrichs von Völkermarkt an Pergamentstreifen. Siehe die Abb. im Archivinformationssystem des StLA.

*Ediert nach A.*

In nomine domini, amen. Nos Wolricus dei gratia abbas de Millstat et W(olricus) prepositus de Uolchenmarchet iudices a sede apostolica delegati universis presens scriptum intuentibus innotescere volumus, quod, cum apud Frisacum in ecclesia sancti Bartholomei ad iudicium consedissemus, magister Fridericus procurator prepositi et capituli Gurcensis literas apostolicas nobis exhibuit, quibus lectis de legitima absentia tertii coniudicis plenam nobis fidem fecit, quia morte preventus nobis non poterat cooperari, quare interloquendo pronunciavimus, nos in partes iurisdictionem habere. Dictus vero procurator prepositi et capituli Gurcensis exhibito autentico<sup>1)</sup> domini nostri Salzpurgensis archiepiscopi, quod continebat vulgatam excommunicationem nobilis viri W(lrici) de Pecach, cum se altero sub iure iurando firmavit, quod predictum authenticum abbati de Revna et coniudicibus suis ante sententie prolationem exhibuit, excipiens contra literas dicti nobilis, quod tempore impetrationis ab excommunicato forent impetrare. Ipsi vero iudices exceptionem<sup>a)</sup> magistri Friderici non admissa, spreto nichilominus autentico domini archiepiscopi ipsis exhibito, spreta eciam appellatione dicti magistri F(riderici) propter has iniurias interposita, sentenciam contra capitulum Gurcense non sicut debuerunt, sed sicut voluerunt et valuerunt tulerunt, quam sentenciam petuit procurator capituli Gurcensis in irritum revocari. Cum autem tertio a nobis vocatus dictus nobilis nec per se nec per aliquem responsalem compareret et cum super iniquo processu abbatis de Revna et coniudicum suorum, quo contra prepositum et capitulum Gurcense processerant, nobis plene constaret, nos habitu prudentum virorum consilio, quod a sepedicto abate de Revna et coniudicibus suis perperam factum fuerat, sentencialiter revocavimus et capitulo Gurcensi possessionem, qua per predictos iudices iniuste spoliati erant, restituimus. Huius rei testes sunt Hermanus decanus, Fridricus, Albertus, Waltmannus Frisacenses canonici, Chuno prepositus de Werde. Hertwicus plebanus de Lvbdinge, Wlricus decanus de Solio et alii quam plures. Acta<sup>b)</sup> sunt hec anno domini M° CC° XXXVI°, VI<sup>b)</sup> nonas mai.

<sup>a)</sup> exceptionem statt exceptione A. – <sup>b)</sup> Davor Spatium von ca. 5 Buchstaben A.

<sup>1)</sup> Zu diesem Deperditum siehe Nr. GURK 42.

## GURK 44

[vor 1237 Juni 25]

*Herzog Friedrich [II.] von Österreich bewilligt dem Spital am Semmering den Verkauf zweier Mühlen am Bach Glödnitz an das Domkapitel von Gurk.*

*Hss.: Erwähnt in Urkunde Nr. GURK 45.*

*Edd.: Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 367 Nr. 534 (Druck der erwähnenden Stelle).*

## GURK 45 (2, 360)

1237 Juni 25

*Das Spital am Semmering bestätigt, dass Otakar, Archidiakon superioris Marchie und damals Spitalsmeister, dem Propst [Gebhard] und dem Kapitel von Gurk zwei Mühlen am Bach Glödnitz samt Zugehör für 27 Mark Friesacher verkauft und Herzog F(riedrich) [II.] von Österreich [und Steier] dazu seine Einwilligung gegeben hat, wie aus dessen Urkunde und Siegel hervorgeht.*

*Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1154 (A).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1154\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1154_St/charter) (samt Hängesiegel).*

*Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 469 Nr. 360 (aus A). — Jaksch, MDC II (1898), S. 20–21 Nr. 553 (aus A), mit Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 244 Nr. 2143.*

*Reg.: Wendlinsky, Nachträge (BlVLkNÖ NF 13, 1879), S. 341 Nr. 200. — Mayer, Topographie v. NÖ III (1893), S. 142.*

*Lit.: Krones, Verfassung (1897), S. 214. — Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 651. — Pöschl, Steirische Kirchenhospize (ZHVSt 18, 1922), S. 49.*

*Zum Schreiber siehe auch Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 651.*

*Hängesiegel des Spitals an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod quidam Otakarus archidiaconus superioris Marchie, tunc hospitalarius ecclesie sancte Marie in Cerwalde, premium quoddam iuxta aquam Glödniz, duo videlicet molendina cum suis pertinenciis, domino preposito et capitulo Gurcensi vendidit pro XXVIII marcis denariorum Frisacensis monete, et hoc de licencia et consensu advocati F(riderici) illustris ducis Austrie factum fuit, quemadmodum ex suis patet litteris et sigillo<sup>1)</sup>. Ne igitur in posterum super hoc aliqua lis vel contencio suscitetur, presens littera scripta fuit et sigillo dicte domus in Cerwalde roborata, hiis testibus subnotatis: Otto plebanus de Niunchirchen, Hainricus plebanus de Vlæz, Heinricus de Prilep, Ditricus notarius archidiaconi, Heinricus de Gurk, et quam pluribus aliis. Act. anno domini M° CC° XXXVII°, indictione X, VII kal. iulii.

<sup>1)</sup> Zu diesem Deperditum siehe Nr. GURK 44.

## GURK 46

1238 April 22

*Bischof Ulrich [I.] von Gurk bestätigt, dass sich Graf Hermann [II.] von Ortenburg und der Gurker Ministeriale Ulrich von Liemberg in ihrem Streit um die Burg Liemberg (nw. St. Veit) samt den dazugehörigen Besitzungen, welche letzterer behauptet vom Herzog von Steier zu Lehen zu haben, verglichen haben. Ulrich und seine Söhne erhalten die Burg von Graf Hermann als Afterlehen, vier der Söhne Ulrichs werden mit Zustimmung des Gurker Kapitels, der Ministerialen und Ulrichs selbst dem Grafen gegeben, der Graf seinerseits gibt dafür vier seiner Ministerialen an die Kirche von Gurk.*

*Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 612 (A).*

*Edd.: Jaksch, MDC II (1898), S. 22–23 Nr. 556 (aus A).*

*Reg.: Tangl, Grafen von Ortenburg (AKÖGQ 30, 1864), S. 311–312, zu Februar 20. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 187 Nr. 964, zu Februar 20.*

*Lit.: Wonisch, Graslupptal (1956), S. 119. — Sonnleitner, Bischofliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 266 (Anm. 548).*

*Laut Jaksch, MDC II, S. 23, 1. Hängesiegel Bischof Ulrichs, 2. Hängesiegel des Kapitels (Capitelsiegel 2). Beide an Pergamentstreifen, siehe auch den entsprechenden Eintrag im Archivplan des Staatsarchivs*

<https://www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=182996>.

*Ediert nach A.*

‡ In nomine domini, amen ‡. Wlricus dei gracia Gurcensis episcopus cunctis Christi fidelibus salutem in eo qui est vera salus. Ne a memoria hominum evanescant que nostris geruntur temporibus, congruum est, ut serie litterarum stabiliantur. Notum ergo fieri cupimus tam presentibus quam posteris, quod dominus Hermannus comes de Ortenburch ministerialem nostrum dominum Wlricum de Liebenberch super eodem castro et possessionibus ad ipsum pertinentibus sepe ac sepius impeciit dicens ipsum castrum cum possessionibus suis ad ducatum Stirie pertinere et sibi a domino duce Stirie in feudum esse collatum propter quam causam ducentas dedit marcas. Demum cum diu super hoc coram nobis contendissent, ad talem devenerunt concordiam, quod dictus Wlricus de Liebenberch et pueri sui a domino comite H(ermanno) dictum castrum cum possessionibus ad ipsum pertinentibus in feudum receperunt et firmiter promiserunt sibi cum ipso castro per omnia obedire. Et ne ipse W(lricus) et pueri eius feudo privarentur, de consilio capituli nostri et ministerialium nostrorum et ipsorum consensu donavimus domino comiti quatuor de dictis pueris W(lrici) hos videlicet Walchunum, Hainricum, Wlricum et Alhæidem. Versa vice in commutacionem dictus comes ex ministerialibus suis quatuor ecclesie nostre tradidit Hænwickum et uxorem suam et Hemmam et Irmgardim de Hungerberch. Aditum est in compositione, quod filii domini W(lrici), qui traditi sunt domino comiti, et hii qui nostre remanserunt ecclesie, habeant potestatem ius feudi dare uxoribus<sup>a)</sup> suis in dotem. Habeant etiam mulieres ius feudi maritis suis donare, cum de consensu partium procuratum sit, quod femine adeo pleno sorciantur iure feudi, ut viri. Hii vero qui cesserunt comiti de consensu<sup>b)</sup> et consilio ipsius et parentum ducant uxores de familia sua. Quod si non invenerint congruentes, consilio et consensu comitis et

parentum suorum ducant alibi uxores ea condicione, quod pueri sui equa portione dividantur nec comes posteros de Liebenberch nulli heredum suorum tradat, nisis qui comes loco suo extiterit. Ius etiam supradictum ad omes posteros suos devolvatur. Huius rei testes sunt Albertus canonicus Gurcensis, Fridericus canonicus, Leonhardus, Erchengerus capell(ani) episcopi, Engelrammus Putzo, Otto Uirog et frater suus Dietricus, Engelbertus et frater suus Ditricus, Liutoldus, Otto Rufus castellani in Strazburch, Guntherus et Witmarus, Eberhardus et Ortolfus, Perhtoldus de Motniz, Wlricus, Ott[o]<sup>c)</sup>, Wlricus de Albek, Fridericus de Neda, Engelbertus et frater suus Marquardus, Perhtoldus Fuhssel, Perhtoldus Chalp, Morhardus et Wlricus de Sumereck et alii quam plures.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M° CC° XXX° VIII°, decimo kal. mai. indicione<sup>d)</sup> XI. Ut autem hec rata et firma in posterum permaneant, sigillo nostro et capituli nostri fecimus communiri, feliciter amen<sup>e)</sup>.

<sup>a)</sup> x verbessert aus c A. – <sup>b)</sup> con-Kürzungszeichen nachgetragen A. – <sup>c)</sup> Zweites o aufgrund Beschädigung des Pergaments nicht mehr lesbar A. – <sup>d)</sup> A. – <sup>e)</sup> feliciter amen zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A.

## GURK 47

1241, Straßburg

Graf Hermann [II.] von Ortenburg und Graf Wilhelm [IV.] von Heunburg vereinbaren, dass Graf Wilhelm für eine Entschädigung von 200 Mark Pfennigen den Ehevertrag Poppos von Peggau mit seiner Tochter löst und Poppo die Tochter des Grafen von Ortenburg heiratet, sowie, dass Graf Hermann seinen Sohn, den Pfarrer von Bleiburg, dazu bewegt, diese Kirche auf ein Jahr an den Sohn des Grafen Wilhelm zu übergeben und dass er nach der Eheschließung die villam Pressingberg samt den dazugehörigen Besitzungen als Lehen an Raspo von Friesach gibt.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 649 (A).

Edd.: Jaksch, MDC II (1898), S. 27–29 Nr. 562 (aus A).

Reg.: Kos, Gradivo V (1928), S. 376–377 Nr. 780. — Schönbach, Nachtrag (AfdA 29, 1904), S. 277. — Aarburg, Ulrich von Lichtenstein (1965), S. 54. — Spechtler, Urkunden-Regesten (1999), S. 446.

Lit.: Klebel, Pfarren und Kirchen Kärntens B (Car I 116, 1926), S. 12. — Dopsch, Landherren (1968), S. 70. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 98–99. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 96. — Höfner, O prvih cerkvah (2016), S. 130. — Murauer, Schiedsverfahren (BDLG 155, 2019), S. 270.

Die angegebene Indiktion tercia decima passt unter keinen Umständen zum angegebenen Jahr 1241, korrekt wäre die Indiktion XIV.

Der als Bürge für 100 Mark angeführte (aber nicht näher bezeichnete) dominus episcopus ist Bischof Ulrich I. von Gurk, der die Urkunde mitbesiegelte und in der Siegelankündigung auch durch die Nennung als Bruder des Grafen Hermann II. von Ortenburg identifiziert wird. Auf dieser Identifizierung basiert, in Anlehnung an die Einordnung bei Jaksch, die Zuweisung des vorliegenden Stückes zur Teilreihe Gurk.

*Laut Jaksch, MDC II, S. 29, 1. Hängesiegel Bischof Ulrichs I. von Gurk, 2. Hängesiegel Hermanns II. von Ortenburg, 3. Hängesiegel fehlt.*

*Ediert nach A.*

† Notum sit universis Christi fidelibus, ad quorum audienciam presens scriptum pervenerit, qualiter nobiles viri Hermannus comes de Ortenburch et Wilhalmus comes de Hovnenburch unanimes<sup>a)</sup> inter se talem formam et modum fecerunt pactionis, ita quod comes Wilhalmus quascumque condiciones dominus Popo de Bekach ipsi fecerat super contractu legitimo cum filia sua, pure ac totaliter relaxaret et quod suum<sup>b)</sup> adhiberet ad hoc assensum, ut dictus Popo cum filia comitis de Ortenburch contrahat legitime et qualicumque modo talis contractus habuerit processum. Comes de Ortenburch pro tali consensu comitî Wilhalmô CC<sup>tas</sup> marcas denariorum dare spopondit, de quibus dominus episcopus fideiussit pro marcis C et eandem peccuniam in pasca domini proximo solvere promisit. De secundis C marcis fideiusserunt dominus Buzzo de Strazpurch et dominus Eberhardus de Moteniz, quas usque ad festum sancti Michahelis proximo venturo similiter exsolvore spoponderunt. Fecit sibi comes Hermannus et hanc condicionem, ut procuraret cum filio suo plebano de Pleiburch, ut talem premissam ecclesiam filio comitis Wilhalmi a festo sancti Iacobi proximo venturo ad unum circulum anni resignaret. Quod si non faceret, ipsi comiti W(ilhalmo) in quadrigentis<sup>c)</sup> marcis denariorum teneretur, de quibus namque denariis sibimet credidit in CC<sup>tis</sup> marcis, de residuis namque CC<sup>is</sup> marcis pro ipso fideiusserunt Otto de Puxe in quinquaginta marcis, Hertewicus dapifer de Weisenberch in L marcis, Otto et Ditricus Veirogones in C marcis denariorum et, si talis resignacio videlicet ecclesie sancti Michahelis ad effectum non perduceretur, super tali peccunia, ut denominavimus, fideiussores ad preceptum comitis Wilhalmi in civitatem sancti Viti ingrediantur numquam inde exire attemptent quousque talis peccunia ipsa persolvatur. Si autem contractus, ut superius tractatum est, non posset effectui mancipari, convencio nulla inter ipsos esse videretur, nec penitus aliquod habere robur. Adiunxit<sup>d)</sup> similiter et hanc condicionem, ut statim post processum legitimi contractus comes Hermannus Rasponi de Frisaco willam<sup>e)</sup> Prossingen et possessiones<sup>f)</sup> ad ipsam pertinentes<sup>f)</sup> apud Leubene sitam conferret iure feuduali<sup>c)</sup>, et si aliquis in tali feudo ipsum vellet agravare tales sibi possesiones<sup>c)</sup> usurpando, comes Hermannus in tali feudo ipsum debet racionabiliter defensare. Quod si contractus non posset mancipari effectui ad hoc, ut talis infeudacio videatur habere processum, a partibus utrisque tam a comite quam a Raspone in arbitros<sup>g)</sup> est compromissum, videlicet ex parte comitis in dominum episcopum Gurensem et in dominum Buzzonem de Strazpurch, ex parte autem Rasponis in duos suorum amicorum quos pro sui voluntate sibi ad hoc elegerit, et utreque partes comitem de Hovnenburch mediatorem ad hoc elegerunt sub hac forma, ut ad quacumque partem in arbitrando<sup>c)</sup> comes declinaverit, eadem videatur habere processum. Debent etiam tales arbitri<sup>h)</sup> ab hinc usque ad festum sancti Georii per ipsorum arbitriam sentenciam factum terminare, et quidquid sanior pars arbitrorum Rasponem erga comitem pro tali feudo facere preceperint<sup>i)</sup>, id ipsum studeat explere. Quod si comes Hermannus iam dicto R(asponi) in tali infeudacione vellet oviare<sup>j)</sup>, teneretur ipsi in marcis CC<sup>tis</sup> denariorum, de quibus pretaxato Rasponi bonos dedit fideiussores, videlicet dominum Waltfridum de Hohenburch pro marcis L denariorum, dominum Engelbertum et dominum Ditricum Grezcones pro marcis L denariorum, dominum Vlricum de Libenberk et dominum Lutoldum de Strazpurch pro marcis L denariorum, dominum Ottонem de Rouhenkaze et

Gotshalcum de Strazpurch pro marcis L denariorum, qui itaque fideiussores statim post festum Georii in Frisacum debent introire numquam inde exire attemptabunt, quousque talis peccuniâ, pro qua fideiusserunt, Rasponi persolvatur. Sunt autem huius rei testes dominus episcopus Gurcensis, dominus Vlricus de Liechtenstein, dominus Otto de Rætenberch, dominus Ekefridus de Hovnenburch, dominus Otto de Puxe, dominus Buzzo, dominus Otto, dominus Ditricus, dominus Engelbertus<sup>k)</sup> et frater suus Ditricus, dominus Lutoldus castellani in Strazpurch, dominus Waltfridus de Hohenburch, dominus Vlricus de Libenberch, dominus Herteuuicus de Waisenber<sup>c)</sup>, dominus Albertus de Reineke et alii quam plures.

Et ad maiorem protestacionem dominus episcopus suum sigillum, comes Hermannus frater eius suum sigillum et dominus Vlricus de Liechtenstein suum eidem carte aposuerunt<sup>c)</sup>. Facta sunt hec et apensis<sup>c)</sup> sigillis aput Strazpurch confirmata anno domini millesimo CC<sup>mo</sup> XL<sup>a</sup> primo, indicione<sup>c)</sup> tercia decima, amen<sup>l)</sup>.

<sup>a)</sup> e auf Rasur A. — <sup>b)</sup> Zweites u verbessert aus p A. — <sup>c)</sup> A. — <sup>d)</sup> n verbessert aus g A. — <sup>e)</sup> Verbessert aus wlam A. — <sup>f)</sup> Zweites t verbessert aus s A. — <sup>g)</sup> i verbessert aus r A. — <sup>h)</sup> Verbessert aus arbrtri A. — <sup>i)</sup> preceper auf Rasur A. — <sup>j)</sup> oviare statt obviare A. — <sup>k)</sup> g verbessert aus 1 A. — <sup>l)</sup> amen zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A.

## GURK 48 (2, 396)

[1245 Juni]

*Ulrich von Liechtenstein, Truchsess von Steier, fordert Propst [Rudolf] und das Domkapitel von Gurk im Auftrag Herzog [Friedrichs II.] von Österreich [und Steier, Herrn von Krain], auf, den Bischof [Ulrich I.] von Gurk zur Stellung der pflichtigen Mannschaft für den Kriegsdienst anzuhalten und selbst von ihren Gütern auf eigene Kosten zehn Ritter zu senden. Der Auftrag erfolgt schriftlich, da Ulrich infolge herzoglichen Auftrags zu Truppenwerbungen im Etschtal nicht persönlich erscheinen kann.*

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1157 (A). — Abschrift 1868 (Zahn) in Graz, StLA, AUR-563b (aus A) (B). — Abschrift 1869 (Weiß), in KLA, AUR, B-C 1157 (aus A) (C) = Beilage zum Original ohne eigene Signatur.

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1157\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1157_St/charter) (samt Siegel auf Rückseite), zu 1241. —

<https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1067415> (= B). — Beckh-Widmanstetter, Ulrich's von Liechtenstein Grabmal (MHVSt 19, 1871), Anhang Abb. 5 (nur Siegel). — Anthony von Siegenfeld, Innerösterreichische Rosensiegel (JBA NF 5/6, 1895), o. S. Tafel II Nr. 5 (nur Siegel).

Edd.: Hirn, Gurk (1872), S. 81–82 Nr. 3 (aus A), zu 1241. — Zahn, StUB II (1879), S. 508–509 Nr. 396 (aus A), zu 1241 ca. März. — Jaksch, MDC II (1898), S. 34–35 Nr. 571 (aus A). — Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 276–277 Nr. 1262 (aus A).

Reg.: Wendlinsky, Nachträge (BlVLkNÖ NF 13, 1879), S. 342 Nr. 210, zu 1241 März. — Schönbach, Ulrich von Lichtenstein (ZfdA 26, 1882), S. 320 Nr. 11, zu 1241 März?. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,4 (1894), S. 1691 Nr. 11449. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 66 Nr. 396. — Huter, TUB I/3 (1957), S. 234 Nr. 1190. — Aarburg,

*Ulrich von Lichtenstein (1965), S. 54. — Spechtler, Ulrich von Liechtenstein (1974), S. 47. — Spechtler, Urkunden-Regesten (1999), S. 446–447.*

*Lit.: Beckh-Widmanstetter, Ulrich's von Liechtenstein Grabmal (MHVSt 19, 1871), S. 220 Anm. 35, zu ca. 1270. — Hirn, Gurk (1872), S. 37, zu 1241. — Anthony von Siegenfeld, Innerösterreichische Rosensiegel (JBA NF 5/6, 1895), S. 477, zu 1241 ca. März. — Krones, Verfassung (1897), S. 196, 197, 214, zu 1241. — Seidenschnur, Salzburger Eigenbistümer (ZRG KA 9, 1919), S. 221 (Anm. 4). — Huter, Mongolengefahr (Car I 146, 1956), S. 533 Anm. 8a, zu 1241. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 91 Anm. 32. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 130, 131 (Anm. 395), zu 1241.*

*Die vorliegende undatierte Urkunde wurde in der Forschung mehrfach (zuletzt von Zehetmayer) mit dem Mongoleneinfall 1241 in Zusammenhang gebracht. Diese Ansicht kann dadurch bestärkt erscheinen, dass sich Herzog Friedrich II. von Österreich im Februar 1241 nachweislich in Wels aufgehalten hat (vgl. die Urkunde Herzog Friedrichs II. von 1241 Februar 18, Wels, edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II [1955], S. 218–219 Nr. 375) und von dort aus nach Passau weitergereist ist, wo auch Ulrich von Liechtenstein als Zeuge in einer seiner Urkunden belegt ist (siehe Urkunde Nr. A 58). Seit Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,4, S. 1691 Nr. 11449, wird aber auch davon ausgegangen, dass es um einen Italienzug des Herzogs gegangen sein könnte und daher der Hoftag von Verona im Juni 1245 als Ausstellungsdatum vermutet. Dafür spricht, dass Ulrich von Liechtenstein nicht vor 1244 mit dem Titel eines Truchsessen von Steier nachweisbar ist (vgl. die Urkunde Herzog Friedrichs II. von 1244 [Februar?], Wiener Neustadt = Urkunde Nr. SAEB 35). Allerdings gibt es nach dem Beleg für Berthold von Emmerberg als Truchsess in einer Urkunde Herzog Friedrichs II. von 1236 November 11, Wiener Neustadt (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 168–169 Nr. 330), für die Zwischenzeit überhaupt keinen Beleg für einen Inhaber dieses Amtes. Wie Fichtenau/Zöller, BUB IV, S. 276, betonen, ist aber davon auszugehen, dass Ulrich von Liechtenstein dieses Amt erst ca. 1244 erlangt hat, da er im Jahr 1243 noch in zwei Urkunden nicht als Träger eines Hofamts auftritt (siehe Urkunde Nr. SAEB 32 und Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 256–257 Nr. 409). Ein weiteres Indiz für den Zusammenhang mit einem Italienzug des Herzogs könnte sein, dass Ulrich im herzoglichen Auftrag zur Ausstellungszeit Truppen im Etschtal geworben hat.*

*An Pergamentstreifen rückwärts das zerbrochene, jedoch geklebte, Siegel Ulrichs von Liechtenstein. Siehe monasterium sowie Beckh-Widmanstetter, Ulrich's von Liechtenstein Grabmal (MHVSt 19), Anhang Abb. 5, und Anthony von Siegenfeld, Innerösterreichische Rosensiegel (JBA NF 5/6), o. S. Tafel II Nr. 5.*

*Ediert nach A, mit B und C (letztere nur zu den in A unleserlichen Stellen).*

Domino preposito Gurcensi totique capitulo.<sup>a)</sup> – [N.]<sup>b)</sup> venerabili<sup>c)</sup> preposito et toti capitulo Gurcensi VI(ricus) de L[ich]tensteine<sup>d)</sup> dapifer Stirie vere dilectionis et obsequii plenitudinem. V[oca]ti<sup>e)</sup> fuimus nuper a domino nostro duce Austrie, cui presencie apud Welse comparuimus, qui super arduis fa[c]tis<sup>e)</sup> et etiam militibus condu[cen]dis<sup>f)</sup> [nos]<sup>e)</sup> ad Brixiam et Ezam destinavit. Significavit nobis firmiter se intellexisse, quod dominus vester episcopus servicium sibi promissum propter destructionem suorum prediorum adimplere non posset. Sed quia nulli parcere in tali servicio potest, precepit nobis firmiter, quatenus personaliter ad vos

accederemus petendo, ut sui causa dominum episcopum ad exsequendum dictum promissum et servicium concitaretis et X milites de expensis propriis ad completionem servicii domini vestri adderetis, quod ipse circa vos mereri intendit et dampna vestra semper sibi illata vult annumerare, quia scitur manifeste, quod bona vestra eidem defensioni ut domini episcopi annumerantur, unde pari modo dampnum expensarum inter vos et dominum episcopum vult ponderare, quia inconveniens esset ipsum tali pondere subiacere. Sed quia nos facta circa Brixiam et Ezam festine intendere oportet, ad vos latorem presentium destinamus rogando et consulendo affectuose, quatenus precibus domini nostri non repugnetis, alioquin precepit nobis, ut de bonis vestris X milites bene expeditos ad obsequium suum transmitteremus et, quia pretermittere non audemus, scimus, quod id ipsum in malum vobis et domino episcopo poterit evenire. Cetera lator.

<sup>a)</sup> Adresse rückseitig A. – <sup>b)</sup> C (so auch Jaksch, Mitis/Dienst/Lackner); R.? B (in StUB II von Zahn nicht mehr angeführt). – <sup>c)</sup> Lesung venerabilibus Zahn (B und StUB II). – <sup>d)</sup> B C; Lesung Liechtensteine Zahn (StUB II). – <sup>e)</sup> B C. – <sup>f)</sup> conducendis C; Lesung ordinaris Zahn (B und StUB II) (so auch Jaksch, Mitis/Dienst/Lackner).

## GURK 49

[um 1245]

In einer Aufzeichnung über die langandauernden Auseinandersetzungen zwischen Gurk und den Peggau-Pfannbergern um das Albecker Erbe wird erwähnt, dass Herzog Friedrich [II.] von Österreich und Steier, [Herr von Krain], im Streit zwischen dem Gurker Domkapitel und Ulrich von Peggau, Graf von Pfannberg, um die Pfarre St. Lorenzen in Flatz und einen Hof in Neunkirchen zugunsten des Gurker Domkapitels geurteilt hat.

Hss.: Abschrift ca. 1264 (Perg.), zusammen mit Aufzeichnungen über den Streitfall bis 1264, in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1425 (B), auf der Rückseite dieses Blattes findet sich Urkunde Nr. GURK 22.

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA\\_418-B-C\\_1425\\_St/charter](http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1425_St/charter) (= B).

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 389–390 Nr. 506 (aus B, bis percipere debebamus), zu 1227–1230, Jaksch, MDC II (1898), S. 18 Nr. 548 und S. 30 Nr. 564 (aus B) = Fortsetzungen bis zu dem in Leoben angesetzten Gerichtstag, zu 1235 und 1243–1246. — Appelt/Pferschy, StUB IV (1975), S. 90–91 Nr. 146 (aus B, gesamte Aufzeichnung), zu 1264 ca. November. — Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 267–268 Nr. 1250 (aus B, Auszug bis percipere debebamus).

Lit.: Jaksch, Geschichte Kärntens 2 (1929), S. 3. — Pirchegger, Landesfürst und Adel 1 (1951), S. 135. — Dopsch, Landherren (1968), S. 68. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 91. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 126.

Eine schriftliche Ausfertigung dieses Spruchs ist wahrscheinlich, aber nicht gesichert.

Bereits Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2, S. 267, stellen fest, dass es um 1245 zur herzoglichen Entscheidung gekommen sein muss, da man um 1264 in Gurk beklagte, dass der Neunkirchner Meierhof aufgrund seiner Zerstörung seit nunmehr 19 Jahren keinen

*Gewinn abwerfe. Terminus ante quem ist der Tod Herzog Friedrichs II. am 15. Juni 1246, terminus post quem ist der Amtsantritt des Gurker Propstes Rudolf, der bei Schroll, Dompröpste Gurk (Car I 79, 1889), S. 2 Nr. 16 und S. 9 Nr. 16, sowie bei Jaksch, MDC II, Register S. 236, zu 1243 verzeichnet ist (sein Vorgänger Gebhard starb am 31. Jänner 1243, er selbst ist zuerst 1244 belegt, siehe Jaksch, MDC II, S. 32 Nr. 568).*

*Zu den langandauernden Auseinandersetzungen zwischen Gurk und den Peggau-Pfannbergern um das Albecker Erbe siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GURK 39.*

*Ediert nach B. (= Nur die zum Verständnis relevanten Teile der Aufzeichnung. Für die Völkermarkter und Leobener Gerichtsladungen sind schriftliche Ausfertigungen allzu unsicher und wurden daher hier nicht berücksichtigt.)*

Hec sunt dampna, que illata sunt ecclesie<sup>a)</sup> Gurcensi, S(ifrido) preposito et canonicis per dominum Vlricum comitem de Pekach<sup>b)</sup> et liberos eiusdem. Primo in ecclesia sancti Laurencii in Vlæz, que in subsidium prebende nostre nobis fuerat collata, quam ipse VI(ricus)<sup>c)</sup> violenter XIX annis detinens ecclesiam nostram singulis annis in XX<sup>ti</sup> marcis monete Frisacensis dampnificavit. Et in curia nostra sita in Newenchirchen, que nobis annis singulis solvebat marcas X, nos dampnificavit fructus eiusdem per totidem annos violenter auferens, cuius etiam violentie occasione domus ipsa eiusdem curie<sup>d)</sup> valens XL<sup>a</sup> marcas omnino una cum tota curia et vineis attinentibus est destructa, ita ut nullos postea usque in presens tempus ex ipsa fructus perceperimus. Insuper unam vineam preter alias, que nobis solvit XX<sup>ti</sup> carratas per annos singulos, amisimus eiusdem detentionis occasione. Que violentia tamdiu perduravit, donec dominus Fridericus felicis recordationis Austrie et Styrie dux querimoniis nostris frequentibus motus nostre iniurie compaciens ex sua potestate auferens nobis iuxta iuris ordinem restituit ecclesiam pretaxatam. Curia vero destructa nobis usque in presens inutilis perduravit in tantum, ut per annos XVIII singulis annis X<sup>cem</sup> marcarum usu privaremur, quas ex eadem curia percipere debebamus. Item prepositus noster pie memorie Gebhardus veniens ad diem, quem sibi felicis recordationis dux Karinthie dominus Bernhardus ob eandem causam prefixerat in Volchemarct<sup>e)</sup>, viginti marcas expendit, ad quem diem ipse dominus VI(ricus) venire contempsit, ubi noster prepositus V<sup>que</sup> diebus ipsis prestolabatur adventum volens ipsi in omnibus plenariam exhibere satisfactionem. Item prepositus Rudolfus ad alium diem, quem pie recordationis dux Austrie et Styrie Fridericus utriusque parti indixerat in Levben, accedens et ipsius domini VI(rici) adventum iuxta iuris ordinem ibidem exspectans VI diebus cum his, quos secum ob eiusdem cause execucionem duxerat, expendit marcas XVIII, quo idem VI(ricus) iterato venire contempsit. [ . . ].

<sup>a)</sup> ecclesie statt ecclesie B. – <sup>b)</sup> ach verblasst B. – <sup>c)</sup> VI verblasst B. – <sup>d)</sup> curie von derselben Hand über der Zeile nachgetragen B. – <sup>e)</sup> in Volchemarct von derselben Hand über der Zeile nachgetragen B.